3 nup.sed remissio alterius debiti.non valet.sicut nec assignatio alterius debitoꝝ qꝛ hec oīa donationes sunt.d.l.si spōsus.§.si debitor.Quarto si ex tali donatione fit pauperior q donat ꝗuis cui datur fiat ditior.vt si maritus institutus heres ab aliquo.non adijt hereditatē.vt ad vxorē substitutā perueniat. vel si repudiet legatuʒ. vt remaneat apud vxorem oneratā pro legato per testatorē. vel si rogatus restituere hereditatē vxori.nō detraheret quartā.causa donationis.vt i.l.si spōsus.§.si maritus heres.ff. eo.vbi tex. Neqꝫ n.pauperior fit.q nō acquirit.sꝫ q de patrimonio suo deposuit. Idem dicas qū donat rē alienā.l.sꝫ ⁊ si constante.ff.e. Intellige i tali casu quo ipse donans nō teneaꝶ restituere.vt puta ⁊ licētia dn̄i dantis sibi liberā facultatē donandi.donauit.Quinto si cui donatum est non fit ditior. ꝗuis donator. fiat pauperior. vt si donauit ad emenda vnguēta.d.l.qđ autē.§.1.Idem si donauit vxori pecuniā vt p cognato suo.sportulas soluat.ꝗuis ipsa vxor.pecuniā ipaꝫ mutuo fuisset accepta.d.l.si mulier.eo.tit.ff.Idem dic si soluat vectigal. pro ea fm Hosti.Idē si dat ad oblationes faciendas.vel aliā piā causaʒ.fm cū.heres aūt vxoris.si expēderet inutiliter.nō ꝑpter hoc minus teneretur.vt in.l.qđ de bonis.ff.ad.l.fal. qꝛ satis est ꝙ donatarius effectus est locupletior.vt nō Pa.in.d.c.donatio.e.tit. Sexto quādo donat i tēpus finiti matrimonij. vt tunc res fiat mariti.vel vxoris.cū mors fuerit secuta.l.sꝫ interim.in prin.eo.tit.ff. Septimo quādo donat cā mortis.cuiuscūqꝫ speciei sit ista donatio causa mortis vt in.d.l.sed interim in prin.nisi ita fiat ꝙ nullo mō reuocetur qꝛ nō valeret. fm glo.in.d.l.sꝫ interiʒ. Octauo quādo vxor donat viro.causa dignitatis. vel honoris. adipiscendi.l.ꝙ adipiscēde.ff.e.tit.
5 ¶ Quō firmaꝶ donatio inualida.inter virū.⁊ vxorem.Re.ꝙ in duobus casibus. ꝓ morte donantis. ⁊ nō reuocātis tacite.vel expresse.vt.l.1.⁊.3.C.eo.tit. ⁊.d.c.donatio. limita verū.ꝙ morte cōfirmatur in donatione.que non est vltra.500.solidos.qꝛ si esset vltra.500.solidos.⁊ sit facta sine insinuatione non ꝯfirmatur morte.nisi expresse tūc approbauerit. Si approbauit expresse in morte.valebit vt legatuʒ.qđ nō indiget insinuatione.alias nō.fm glo.⁊ Io.an. in.d.c.donatio.Itē ꝙ non fuerit facta simplici promissione.qꝛ si sic non valeret.l.papinianus.ff.e. Et ibi Bar.dicit verū : nisi interuenisset tradicio vera vel ficta:puta qꝛ cōfitetur se habuisse qꝛ sic cōfirmaretur.requiritur ergo tradictio in vita donantis vt donatio morte ꝯfirmetur. Et nō ꝙ intelligiꝶ nō solum de morte tēporali.sed etiā ciuili. Distinguēdo tamen. qꝛ ex illa qua perdiꝶ libertas. ⁊ seruus efficitur hominis.ꝑimiꝶ donatio. vt.l.cū hic status.§. si donator.ff.eo.Sed ex illa quasi efficiatur seru⁹ pene mortis.ꝯfirmatur.vt.C.e.tit.l.res vxoris.Ratio diuersitatis fm glo.in.d.l.res.est.qꝛ vbi efficitur seruus hominis.ē dn̄s qui potest reuocare. sed nō vbi efficitur.seruus pene. hodie tn̄ ex delicto non debet quis dānari.vt fit seru⁹.aut.sꝫ hodie.C.eo.Ex alia aūt morte ciuili. ex qua matrimoniū non dissoluiꝶ vt est deportatio. ⁊ hmōi non cōfirmatur sed pendet vsqꝫ ad mortē tēporalem.⁊ si non reuocauerit. tūc ꝯfirmetur.d.l.res vxoris. Ex alia autem morte qua ingrediꝶ religionē.licet Uin.in.d.c.donatio teneat.ꝙ nō intelligaꝶ de ista.s.religionis.tn̄ Io.an. ⁊ Car.tenent ꝙ sic.qꝛ ingrediens censeꝶ mortuus.l. si.C.de epis.⁊ cleri.⁊.16.q.1.c.placuit.d.2ᵉ.Sed opinio Uin.videtur verior de matrimonio cōsumato. per.d.l.res vxoris.que requirit morteʒ temporalem qua matrimoniuʒ dissoluiꝶ. qđ non est in ingressu religionis nisi quo ad exercitiū. sed in matrimonio nō ꝯsumato.tenet opinio Io.an. ⁊ Car. Secundo cōfirmatur iuramēto.fm Pa. in.d.c.donatio.qui dicit ꝙ hec est coīs opinio. Sed quid si matrimoniū non tenuit.Re.ꝙ licet donatio ipo iure nō valuerit:qꝛ tamen indigna persona eius fuit.qui nec marit⁹ dici pōt.reuocari poterit.l.si ex volūtate.C.e.ti. Intellige si ignorabant:si vero vterqꝫ sciuit impedimentū ⁊ matrimoniū nō teneret:fiscus repetit.ff. eo.tit.l.cū hic status.§.si. Et si nō repetet poterit tenere cū bona cōscientia.licet de bono consilio deberet dare pauperibus.
¶ Utrū donatio inter sponsum ⁊ sponsam. de futuro.teneat.Re.glo.p̄facta in.d.c.donatio.ꝙ sic.allegat.l.inter eos.ff.eo.vbi dicit tex.valere etiā.si eodem die.matrimoniū postea cōtrahatur. 4
¶ Quō reuocaꝶ donatio:inter virū ⁊ vxorē.Re.ꝙ i quinqꝫ casibus. P° p penitentiā.d.l.cuʒ hic status. 5
Secūdo si alienet res donata per donatorē.l.si maritus.C.de do.inter vi.⁊ vxo.⁊ in.d.l.cū hic status. Tertio quādo pignori obligaꝶ res donata a donatore.nisi aliud exprimaꝶ.d.l.cū hic status. Quarto si premoriaꝶ qui donationem accepit.de don. inter vir.⁊ vxo.c.donatio:⁊ si moriātur simul. tenet fm glo.ibidē.Quinto cū diuortiū fit ex displicētia .d.l. cū hic status. nisi expresse voluerit donationē valere.l.si interiʒ.ff.eo.tit. Sexto si causa religiōis:si tn̄ matrimoniū restauretur post diuortiū non reuocaꝶ .d.l.cū hic. ⁊ idē dicit de donatione inter socerum ⁊ nurum.vel generū:⁊ inter socceros qui copulatos. matrimonio. in potestate habent .d.l.cum hic status.§.oīo. Et inter patrē ⁊ filiū non emācipatum Uide glo.in.d.c.donaᵗ que hoc tenet.In dubio Ro. quando presumatur donare vestimēta. vide.Re.peculiū.§.18. ⁊.Re.dos.§.9.

Donatio. q̄. ante nuptias: vel propter: olim
d dicebatur: ante nuptias donatio: sed hodie:
nō est. nisi donatio pp nuptias. vt. C. de do.
añ. nup. vel pp nup. l. fi. ⁊ fit in recōpensationē dotꝪ:
⁊ potest fieri a iure. hec donatio. siue anteꝙ̄ sit con/
tractū matrimoniū. siue post cōtractū. vt. d. l. fi. Et
dicit antiferna. ab anti. qd̄ est: cōtra: ⁊ ferna. qd̄ est
dos. quasi cōtra dotē. Uide. ꝟ. dos. §. 19.

1 ¶ Utrū requirat equalitas. cum dote. in ista dona/
tione. ℞. olim si fiebat in cōstitutione dotis tūc non
requirebatur equalitas. vt. C. de pac. cōuentis causa
supra dote. l. ex morte: ⁊. d. l. fi. si vero dos prius erat
cōstituta: opoꝛtebat equalitas. vt. d. l. fi. §. sancimus.
Sed hodie qualitercūꝗ oportet sit equalitas: tam
in donatiōe propter nuptias. cum dote. ꝙ̄ in lucro
sup vtroꝗ p auf. cōstitutas. posita sup. d. l. ex morte.

2 ¶ Utrū soluto matrimonio donatio ꝑpter nuptias
reuertat ad virū. ℞. ꝙ sic: vt. d. l. fi. sicut ⁊ dos re/
uertitur ad mulierem. C. de re. vx. ac. l. vnica. §. illo
procul dubio: ⁊ hoc veruꝫ nisi pactū aliud habeat.
Nā si pactū est vt lucret donationē ꝑpter nuptias:
⁊ vir lucrabit dotem: ⁊ ecōtra. q: d. l. fi. dicat ꝙ pa/
ri passu vadunt. s. quo ad pactū: q: quale erit de lu/
crando donationē. vel dotem. tale ⁊ de cōtrario: ⁊
hoc verū nisi ex cōsuetudine sit derrogatū. d. auf. vt
est i multꝪ locis: ⁊ id illā obserua vt nō i. d. c. donaº.

3 ¶ Sed ad quid valet donatio propter nuptias: ex
quo vxor eam nō lucratur. nisi ex pacto speciali: vt
d. §. illo: nec fructus habeat dicte donatiōis: vt. C.
eo. tit. l. si liberis. ℞. ꝙ valet vt sit securioꝛ in dote:
vt dicit glo. in. d. l. fi. Nā res suas vir alienat cōsen/
tiente vxoꝛe: ⁊ potest renuntiare iuri ypotechario:
qd̄ habeat in alijs bonis mariti: vt. C. ad vell. l. ēt:
sed in alienatione donatiōis propter nuptias. non
pōt mulier renuntiare iuri ypotechario: aut obliga
tioni pro iure suo quod habet in hac donatione ꝑ/
pter nuptias: nec valet consensus mulieris vt. C. ad
velle: auf. siue a me: nisi interueniat iuramentum: vt
in. c. licet. de iur. iur. lib. 6. Aut duo alia concurrant:
primū ꝙ vxoꝛ cōsentiat post biēnium secūda vice.
Secundū ꝙ tantū sit in facultatibus viri: vt idēni/
tati vxoꝛis possit consuli: non solū tēpoꝛe cōtractus
vt quidam dixerunt: sed etiā tēpoꝛe quo vxoꝛ agere
potest: vt nō. in. d. auf. siue a me: vel ꝙ per. 30. ānos.
tacuerit: licet. prius nō cōsenserit vt nō Pa. in. c. perue/
nit. de emp. ⁊ ven. Itē viro dissipante bona sua po
test agere: sic pro donatione propter nuptias. sicut
pro dote. C. de iu. do. l. vbi: de quo dic vt ibideꝫ nō.
Item propter adulteriū viri lucratur.

4 ¶ Quid si soluatur matrimoniū aliter ꝙ̄ per moꝛ/
tem. nūquid pactū. vel consuetudo facere poterit. ꝙ
vir lucretur dotem: ⁊ sic mulier remēneat sine dote.
℞. sm Hosti. ꝙ non: vt nō in. d. c. donatio: ⁊ ideo
prefactus. §. illo. procul dubio loquitur quādo mu/
lier decessit. quo casu. tunc vir lucratur ratiōe pacti.
solū: sm Hosti. sed sm Car. in. d. c. donatio: etiā ra/
tione consuetudinis: q: qd̄ potest pactū. potest ⁊ cō/
suetudo: vt nō glo. in. c. nō putamus: d̄ ꝯsue. lib. 6.

¶ Queritur statuto cauetur. ꝙ si alter coniugū pre/ 5
moꝛiatur. alter lucretur dotem. vel donationē pro/
pter nuptias. An debeat intelligi de moꝛte naturali
vel etiā de ingressu religionis. ℞. ꝙ tantū de moꝛte
naturali. nō de ista ciuili. presertiꝫ q: verba statuti
sunt facti: ⁊ in facto cōsistunt. c. 1. de consti. nec reci/
piūt casus fictos: vt. l. 5. §. hec verba. ff. de nego. ges:
imo nec expꝛesse posset prouidere. ꝙ muliere ingre/
diente religionem vir lucraretur partem dotis: cum
libertas religionis grauaret per diminutionē do/
tis qd̄ non debet. l. 1. §. honorande. ff. quaꝝ rerū ac.
non. datur: ⁊ etiā q: disponeret statutū. de rebꝰ per/
sone religiose. qd̄ nō potest. c. fi. de re. eccl. nō. alie.

¶ Quid si ex pacto sit. vt lucretur alio premoꝛiente. 6
℞. ꝙ pactū manet validuꝫ. quinimo purificat. per
ingressum religionis: vt. l. deo nobis. C. de epi. ⁊ de
ri. ⁊ in auf. de san. epi. §. si voluntate ꝯstante. Uide
infra. ꝟ. dos. §. 16. ⁊ sequentibus vsꝗ ad fi. s. de re/
stitutione ⁊ priuilegijs.

Dos est donatio a parte mulieris. facta par/
d ti viri. pro substinendo onera matrimonij:
ita nō canoniste Goff. ⁊ Hosti. in. c. Ramu/
tius. de testa. Et legiste in Rubrica. ff. solu. ma. ⁊
Pa. in. c. 3º. de dona. inter vi. ⁊ vxo. s. nō. ⁊. c. nup
a nobis. eo. titu. tam in tex. ꝙ̄ in glo. vnde vt dicit
glo. l. pª. ff. de iur. doc. datio dotis. est ob matrimo/
niū: ⁊ durat tādiu ꝙ̄diu ⁊ matrimoniū: sed eo solu
to soluitur: q: sine eo esse non potest. ff. de iur. doc. l.
3. ⁊ opoꝛtet ꝙ matrimoniū sit cōtractū de iure: ⁊
de facto: ad hoc ꝙ sit dos. d. l. 3. Et nō sm. d. Alex.
de Imo. super Rubrica. ff. solu. ma. ⁊ sm Pau. de
cast. ibidem: ⁊ sm Bar. l. si marito. eo. titu. ꝙ illa
lex. 3. que dicit ꝙ nō est dos nisi sit matrimoniū. de/
bet intelligi ꝙ sit vel fuerit. de iure: ⁊ de facto. vnde
⁊ vidue dicuntur habere dotem. sm Bal. C. vnde.
vir. ⁊ vxoꝛ. l. pª. fi. Quādo ergo matrimoniū nō est
neꝗ fuit de iure. ꝙ̄uis sit vel fuerit de facto: vt pu/
ta q: cōtractum fuit in gradu prohibito. tūc nō est
dos. d. l. 3. ⁊ sm Pa. d. c. 3. in glo. de dona. iter vir.
Tūc nō agitur actione de dote ad restitutionē dotis.
sed cōdictione sine causa: ⁊ pro hoc tex. in. l. fi. ff. de
cōdic. sine. causa. Et dicunt doc. ꝙ hec cōdictio est
ita priuilegiata: quo ad ipsaꝫ mulierē. sicut actio de
dote. ff. de pecu. l. ex facto. Et sic preferat aliis credi/
toribus sicut si verū fuisset matrimoniū pro vt ha/
betur in. l. assiduis. C. qui. po. in pig. ha. ⁊ in. c. ex lit
teris. de pig. Et per hoc decidit. q. nō. ꝗ fuit de fa/
cto sꝫ Pau. de cast. ꝙ statutū disponēs ꝙ mulier

teneatur equis portionibus relinquere dotem suã filijs suis vtriusqz mariti: habet locũ ne dum quãdo moritur mulier constante matrimonio. sed etiã quã do morit. eo iam soluto: qz etiaz tunc dicit dos. Et est dos quasi propriuz matrimoniũ mulieris. ff. de/ nimo. l. dauiqz. §. sz vtrũ. i fi. Sed q̃diu stat matrimonium dominiũ dotis taliuz est penes virũ. glo. fi. d. §. sed vtrũ. Unde cõtra volũtatem viri nõ potest vxor ex eis facere elemosinã. Nõ q̃ dos ꝛ donatio propter nuptias nõ dicitur tituli lucratiui. respectu eius cui datur. sed respectu eius pro quo datur. fz Bar. i. l. descriptiõis. C. de impo. lu. lib. x.

1 ¶ Due sunt species dotis. s. profectitia q̃ a patre. vel a supperiore aliquo. de linea patris. tã q̃ a patre p̃ fecta est. s. de bonis eius. vel ab alio nomine patris. ipso raptũ habente. nec refert an filia sit in potestate patris. vel emãcipata: qz non patria potestas facit dotem profectitiã, sed nomen patris. si. n. pater da/ ret. vel alius nomine alterius. q̃ patris. non esset p̃ fectitia. sed aduentitia. q̃ est. 2ª. spẽs dotis: ꝛ est illa q̃ aduenit nomine alterius. q̃ patris. ff. de iur. do. l. profectitia. Itẽ dos alia extimata. alia inextimata. si dat extimata. dãnuz lucrũ ꝛ fructus sunt mariti. sicut si res esset vendita. Si vero datur inextimata. tunc dãnuz ꝛ lucrũ sunt mulieris. fructus vero sunt mariti. propter onera matrimonij. ff. de iur. doc. l. plerũqz. secus si nõ sustineret. Unde fetus pecorum pertinent ad maritũ: qz veniunt nomine fructuum. debent tamen suppleri capita mortua. ex natis. d. l. plerũqz. hec ꝛ multa alia babes. c. salubriter. de vsu in glo. in. v. onera.

2 ¶ Quãuis pactũ factũ patri. a filia. dũ nuptui tra/ debatur: vt dote contenta nullũ ad bona patris re/ gressum haberet: improbet lex ciuilis. C. de col. l. pa ctum: si tamen iuramento nõ vi. nec dolo. p̃stito. firmatũ fuerit. ab eadẽ. oio seruari debebit. cũ non vergat in eternõ salutis dispendiuz. nec redundet in alterius detrimentũ. Hec habentur in. c. quãuis. de pactis. libro. 6. in tex. An iste tex. p̃cedat. cuiuscũqz etatis fuerit illa filia. R. fm Ge. q̃ procedit quãdo erat pubes. dicit. n. tex. q̃ nuptui tradebatur. non fit nisi puberibus. Utrũ iste tex. procedat. quãdo fit pa ctuz. postq̃ est tradita nuptui. R. Jo. mo. ꝛ Archi. q̃ sic. qz est eadem ratio. tex. vero narrat factuz fm Ge. ꝛ obligatur ratione pacti. iuramento firmati: ꝛ debet omnino seruari. i. non debet peti absolutio: vt quãdoqz fit. de iur. iur. c. primo. Nõ fm Hosti. in summa. de fideiussura que dicunt quẽlibet posse iu ri suo renũtiare. siue his que pro se sunt introducta: intelligi debent quãdo quis fuit certioratus de pre/ iudicio. c. placuit. di. 38. Dicit tamen Archi. q̃ isto casu. non putat eẽ necessariuz. Secũdũ Jo. de imo. hoc pactum valet. si etiam dos esset minus q̃ legi/ tima: quia alias non haberet dubiũ: quãdo. n. da tur legitima. etiam sine iuramento valet. l. si quan/ do. C. de inoffi. testa. v. pactum. §. 8.

¶ Utrum pater teneatur dotare filiam. R. fm Pa. 3 in. c. primo de despon. impub. in glo. Aut nupsit cõ/ sentiente patre: ꝛ sic tenetur. l. qui liberos. ff. de ritu. nup. qz nõ minus fauorabilis dos q̃ alimento. da/ tur. n. loco alimentorũ: vt infra. Aut nupsit sine con/ sensu patris: ꝛ tunc fm Goff. potest exheredari pro pter ingratitudinẽ: sed fm Hosti. quẽ sequitur Pa. ꝛ coiter: ꝛ doc. non potest nisi elegerit turpem vitã: ar. in. c. penul. ꝛ fi. de secu. nup. ex quo. n. filia vtitur permissione canonica. non debet incurrere vitium ingratitudinis. Aut ergo contraxit cum indigno: ꝛ tunc non tenetur. glo. est nõ. in. c. de rapto. 36. q. pri/ ma: quod intelligendũ est fm. d. Ant. in. c. accedẽs. de procur. si est indignus turpi indignitate. secus si esset indignus. i. non paris cõditionis. Uerũtamẽ poterit minorem dotem dare. ex cõditione perso/ ne. l. cũ post diuortiũ. §. gener. ff. de iur. do. ꝛ glo. i. l. si voluntate. C. de do. promiss. Aut elegit dignum: ꝛ tunc vel promisit dotem: vel non. si secũdo modo nõ potest pater cogi ad dotem prestandã: qz cogi/ tur pater vt possit filia reperire maritũ: vt. l. qui libe ros. ff. de ritu. nup. ꝛ. l. si. C. de do. promiss. sed ex quo filia reperit maritũ sine dote. cessat causa compul/ sionis legalis: ꝛ hoc in quacũqz etate contrahat: ꝛ voluit notãter Bar. in. l. obligamur. ff. d̃ ac. ꝛ obli. Et tenetur eam alere fm Inno. in. c. per vestras. de do. inter vir. ꝛ vxo. Et ista non excluditur a succes/ sione parentũ fm Pa. in. c. accedẽs. de procu. ꝛ sic sunt intelligende. glo. supra allegate. s. q̃ tenetur cã dotare. si promisit. Si vero primo modo. i. promi/ sit dotem tunc vel nupsit post. 25. annos: ꝛ sic pater non potest sibi impingere aliquam culpam: ex quo tanto tempore distulit eam colocare. in auk. vt cuz. de ap. cogno. §. si alicui. Aut cõtraxit ante. 25. ãnũ: ꝛ tunc est dubiuz. vtrum pater teneatur ad dotan/ dum: ꝛ tamen fm Pa. vbi supra tenetur: qz pater tenetur allere filiam: nec ex contractu illius matri/ monij potest sibi denegare alimenta. cũ in istis spi/ ritualibus. non sit sub potestate paterna: vt in. c. si annũ. de iudi. lib. 6. forti9 ergo tenetur dotare quia causa dotis est fauorabilior. causa alimentorũ: vt nõ. Cinus in. l. non omni. C. de ami. tuto. de hoc ha bes glo. 32. c. fi. Nota etiam fm Pa. in. c. ꝛ si necess. de do. inter vir. q̃ non valent pacta. que dissolu/ tionem matrimonij cõtra iuris dispositionem diffi/ cultant: quia debent esse libera in contrahẽdo: ꝛ di/ soluendo. l. libera. C. de inutu. de stipu.

¶ Utrum frater teneatur dotare sororem ex eodem 4 patre natam. R. fm Pa. in. c. peruenit. de arbi. q̃ communiter tenetur q̃ sic. glo. nõ. in. l. cum plures. §.

pen.ff.de ami.tu.⁊ in.l.non ol.C.eo.ti.ratio qꝛ ſm Cy.in.d.l.nō obſtāſa dotis eſt fauorabilior ꝙ̄ cā alimētoꝝ. ꝑpterea tenet Bar.i.l.ſi.ff.de his.qui vt indig.ꝙ pr̄ pōt relinquere filie ſpurie.dotē3. qꝛ dos ſuccedit loco alimētoꝝ. Idē nō in auk.ex ꝯplexu.C. de inceſtu.nup.vn̄ ſicͣ tenet alimētare:ſic ⁊ dotare. in caſu neceſſitatis. Idē dic ⁊ fortius. in clerico qui magis tenetᷣ ad charitatē. vt in.c.ſ.de emp.⁊ ven. Et ſi nō habet alia bona poteſt eā dotare:⁊ aliam cōſanguineā de redditibus eccleſie:ſi eſt inops.ꝙ ꝓbatᷣ per.c.i.ꝯ coha.cle.⁊ mu.⁊ i.c.oīo ꝯſitemur.31. di.qꝛ ſicut per.d.c.pōt alere cōſanguineas paupes. de redditibus eccleſie.ergo fortius dotare.cū ſit fauorabilior.vt dictū eſt.hec Pa.qd̄ credo intelligendū ad neceſſitatē ſue ꝯditionis. nō ad pompā ar. 88. di.c.negotiatorē:ꝗ cōditio poteſt etiam attendi:vt nunc eſt in ordine.vel dignitate.

5 ¶ Utrū licite maritus dotet vxorē.R̄.ſm Pa.in.c. ⁊ ſi neceſſitatē.de dona.inter.vir.⁊ vxo.ꝙ ſic.quādo iſta donatio dotis fit ante ꝯtractū matrimonij. ſecus ſi poſt ꝯtractū.vel ſi effect⁹ donatiōis referatᷣ in tēpus matrimonij:qꝛ tūc nō valeret. vt in.l.i.C. de dona.ante nup.niſi plebeus reciperet nobilem in vxorē.vt tunc videatᷣ donaſſe cauſa recōpenſandi. cū nobilitate.vt ibi nō per Bar.in.l.ſi diuortio .ff. ſo.ma.vel ſm glo.in.d.c.ſi neceſſe.dotat.i.dat donationē inter nuptias.vel ſm Um.fit ſm ꝯſuetudinē Hyſpanoꝝ.dos.n.fit a parētibus vxoris. Donatio aūt inter nuptias a marito.c.nuper a nobis. de do.inter.vir.⁊ vxo.

6 ¶ Utrū aliquis poſſit accipere vxorē3 ſine dote .R̄. ꝙ ſic:⁊ tenetᷣ eā alere.ſm Inno.i.d.c.per veſtras.ꝯ do.inter vi.⁊ vxo.⁊ ſi ꝑmoriatᷣ .relictis filijs. tenetur ſibi relinquere quartā partē ſuoꝝ bonoꝝ:ar.in glo. in auk.qbus mo.na.effi.le.ſ.pe.ſecus ſi non relinquit filios.melius tn̄ eſt ſm glo.in.l.iperialis .C.de nup. in.v̄.dotalibus.ꝙ ſaltē parū detur loco dotis :⁊ debet cōſtitui dos ſm ꝯditionē perſone.patrie:⁊ conſuetudinis:qꝛ datᷣ loco alimētoꝝ. vt.ſ.dictū eſt.

7 ¶ Utꝝ vaſallus poſſit cōcedere in dotem.feudū.R̄. ſm Pa.in.c.nuper a nobis.de do.inter :⁊c̄. ꝙ ſic. nō tn̄ plus transfert in ea re quā habeat :⁊ ad vitā ſui.dū taxat.ſm Felinū in.c.ꝗ i eccleſiaꝝ. de conſti. col.24.circa mediū.v̄.i ea glo.⁊ dicit ibidē3 Inno. ꝙ ex cauſa dotis : ⁊ alia permittitᷣ alienatio feudi. de quo nō ipe Pa. in.d.c.ꝗ i eccleſiaꝝ. Hoſti.dicit etiā.ꝙ ex alia pōt alienari.dūmō ad tempus.vt in .d.c.nuper.nec ſoluet laudemiū.qꝛ eſt alienatio neceſſaria.ſm Guil.⁊ Bar.in.l.⁊ ideo.ff.de ꝯdi.fur. ſimiliter pōt dari in dotem extranee.in extimata:⁊ ſoluet laudemiū. ſed extimata non poteſt dari. niſi filie.Uide infra.v̄.emphiteoſis.ſ.12.

8 ¶ Utrū maritus poſſit repellere vxorē ſuā. nō ſoluta ſibi dote ꝓmiſſa.R̄.ſm Hoſti.ꝙ ſic.in.c.per veſtras.de do.iter vir.⁊c̄.Nā dos datur ꝑpter onera matrimonij ſubſtinenda.vt in.d.c.per veſtras:⁊.c. ſalubriter.de vſu. Ex quo etiā pōt cōcludi ꝙ nō tenetur eā ducere.niſi ſibi ſoluatᷣ dos.ff.ſo. ma.l.ſi cū dotē.ſ.ſin aūt.ſi tamen eam ducat ſine dote. debet eam alere.ſm cōditionē ſuā.ſ.vxoris. rō h3 Inno. quia dedit ei perſonam ſuam.

9 ¶ Donatio nō valet.tā de iure ciuili. ꝙ̄ canonico. facta inter ꝯiuges.ſtante matrimonio. dūmō ex illa donator efficiatᷣ pauperior ⁊ recipiēs locupletior. alr̄ vero valet :dr̄ fieri pauperior qn̄ dat de ſubſtātia ſua:⁊ locupletior:qn̄ retinet in ſubſtātie : Et donatio oīo pura.regulariter anullatᷣ :⁊ dr̄ pura ꝗ nulla rōe cogente fit.ſed ſola liberalitas eſt cauſa.l.1.ff.de dona. Ideo donatio remuneratiua nō prohibetur. inter virū:⁊ vxorē.vt.l.qd̄ ante3.ſ.ſi vir.ff.co. vbi. p3.ꝙ ſi maritus donauit vnā rē vxori :⁊ vxor aliā marito.fit hinc inde recōpēſatio. Donatio tn̄ facta. cōſtante matrimonio nō eſt oīo nulla.ſed cōfirmatᷣ morte donatoꝝ.ꝯſtante eo in eadē voluntate. i tribus tn̄ caſibus reuocatᷣ . vt nō ꝯfirmetᷣ morte donatoris. Primo ſi donatio fuit tacite reuocata per donatorē.ꝙ fit per diuortiū. Itē quādo prius moritᷣ ꝗ accepit.ſi vero prius moriatᷣ qui donauit.ꝯfirmatᷣ in morte per ſilentiū morietis. Secūdo reuocatᷣ qn̄ expreſſe reuocatᷣ per donatorē.ſi tn̄ iterū ante mortē ꝯfirmetᷣ .vltima valebit:reuocatᷣ expreſſe qn̄ rem donatā pignorauit.vel donauit alteri.vel alr̄ alienauit. Tertio qn̄ recipiēs ꝑmoritᷣ . Ualet etiā qn̄ ex parte donātis iteruenit iuramentū nō vi neqꝫ dolo exactū.hec oīa habētur i.c.vltimo. de do. iter vi.⁊ vxo.tā i tex.ꝙ̄ in glo.⁊ ibi Pa. Ubi dicit Inno.ꝙ poſt nuptias ꝯtas.debet eſſe equalitas dotis:⁊ donationis ꝑpter nuptias. Itē ꝙ ſi fit pactū. de dote lucrāda.debet etiā fieri ꝯ donatiōe. Un̄ ſi fit pactū ſolū de dote.debet etiā extendi ad donationem:⁊ ſi fiat pactum de minori parte dotis.debet reduci ad equalitatē:⁊ dicit idē Inno. ꝙ iſta debēt intelligi. poſt nuptias.ſecus ante. Et dicit Pa.ꝙ eſt queda3 auk.icōtrariū.ſ3 putat ſeruandā ꝯſuetudinē:⁊ ſi queratur qd operatᷣ iſta donatio.cum maritus poſſideat equalēs:⁊ c̄. ⁊ ſilr̄ reddeat ſoluto matri⁹ vtrūqꝫ: ⁊c̄.R̄.ibidē ꝙ ꝓ operatur pp pactū qd̄ fit de lucrāda dote.nā extēditᷣ i fauorē3 mulieris ad donationem pp nuptias.vt ſicͣ maritus lucratur dote3 ex pacto. ꝑmortua vxore.ita vxor lucratᷣ illā donationē.premortuo viro. Secūdo fortius ius habet mulier i rebus ſibi donatis pp nuptias i dote recuperāda.ꝙ̄ i alijs bōis mariti.nā i alijs bonis pōt vxor renūtiatᷣ iuri ypothecaꝝ.ſ3 in iſtis rebus donatis non.vt ſic fit ꝯſuli mulieri in dote recuperāda. Tertio operatᷣ qꝛ marito vergēte ad iopiā. vxor pōt ēt a creditorib⁹ mariti.vēdicare tā dotē.ꝙ̄ donationē pp nuptias. nā debēt deſeruire onerib⁹ matrimonij. Quarto ſi vir committit adulteriū.mulier pōt agere.vt lucretur illā donationē.ſicut agit vir.vt lucretᷣ dotē.Ex qua

bus nõ. vt semper fiat donatio propter nuptias ipsi mulieri. ℣. donatio. 3. per totum.

8 ¶ Utrū dos vel dona° pp nuptias possint alienari. ɔsenciēte vxore. ℞. q nõ. nisi iterueniat iuramētū. sine vi. ⁊ sine dolo spōte pstitū. c. cū ɔtingat. de iur. iur. ⁊. c. l3 co. tit. lib. 6. qdā tñ circa rē dotalē imobilē sic distingūt. q aut talis est extimata. aut nõ. si sic vir eā alienare pōt. q: est ēptitia. nisi extimatio fieret. vt sciret q᷑ res valeret vt sic soluto matri° appareat an res sit deteriorata. C. de iure. do. l. si iter: ⁊ in dubio accipiť p mō vt ibi dicit glo. Si aūt nõ sit extimata. tūc nõ pōt alienarī. nisi p i casu pdicto. 2° si puocet ad diuisionē fundi dotalis a socio. qui cōe3 habte illū fundū cū ipso. ipe tñ ad diuisiōe3 nõ pōt puocare sociū. C. de fun. do. l. fi. 3° si alienet cū vniuersitate vt i. l. p°. 4° si alienat i necessitate vt ibidē. 5° si ɔuertat in vtilitatem vxoris. vt ibi. l. fi. 6° si vxor ɔsentiat alienatiōi. 2° post biēniū. vt i. d. c. cum ɔtingat. i glo. dūmō sint alie res viro ex qb° ei ɔsulere possit. C. ad velle. auť. siue a me. Si mulier p iurauit dotē vel donationē pp nuptias non alienare. nec alienatiōi ɔsentire. nisi ex cā rōnabili: ⁊ auctoritate iudicis: ⁊ postea ɔsentit sine auctē iudicis: ⁊ iurat nõ ɔueuire. serbabit p᷑ iuramētū fm Hosti. i. d. c. cū contingat. ar. de iur. iur. c. ca te. ⁊. c. intellecto: ⁊ fm. e. Hosti. debet itelligi q nõ veniēt contra ppria auctoritate. sed papa restituet eam.

9 ¶ Mulier pp adulteriū a viro sepata. pdit dote3. si p iudicē ecclasticū separeť. si vero ppria volūtate: vel maritus ppria auctoritate illā expulit: ⁊ adulteriū sit notoriū. ēt lucrať illā maritus. secus si auctoritate iudicis secularis: sit sepata. q: nõ ē in hoc cōpetēs. qñ agiť ciuiliter. i. c. tuc. de pcur. ⁊ Jo. an. i. c. fi. de fo. ɔpe. ⁊ eodē mō dr de viro adulterāte. q pdit donationē pp nuptias. sitr vxor pdit donationē quā debebat lucrari. ex pacto facto. soluto matri°. ⁊ parafrenalia. q̄ sunt bona q̄ h3 mulier pter dotem. q̄uis alij teneāt ɔtriū. quātū ad vltimū: q: cū simus in penalibus appellatiōe dot. nõ veniūt parafrenalia. ista oia debent itelligi qñ nõ sunt recōciliati. vel nõ peccauerūt ambo. ēt secrete. d. c. plerūq3. nec pñt hec allegare heredes. si maritus tacuit i vita: ⁊ sitr dō᷑ d herebib° vxoris. s. qñ maritus sciuit: ⁊ sitr qñ vxor sciuit i vita: ⁊ tacuit. secus si ignorauit: q: non pōt sibi iputari. fingūtur. n. recōciliati. Sitr si vxor amisit dotē pp adulteriū: ⁊ postea pbať ipedimētū matrimonij. ita q erat nullū. nõ tñ recupat dotē q: nõ d3 violare matri᷑. neq3 spē3 matrimonij. ff. de adulte. l. si vxor. hec oia elicitur ex. c. plerūq3. de dona. inter vir. ⁊ vxo. tā ex tex. q̄ ex glo. ⁊ Pa. vide ibi allegatiōes. Perdit ēt dotē mulier. q̄ ingreditur balneū cū alieno viro: ⁊ vir donationē. si cū aliena vxore. 81. di. i gl. fallit i isto casu qñ mulier h3 filios q: tūc filij habebūt dotē. q° ad pprietatē: ⁊ alia bona matris sue. h3 Jo. an. i. d. c. plerūq3. facit auť. sed hodie. C. de adulte. Uidue petēti dotē a fratre mariti. repelliť p exceptionē de fornicatiōe. fm Jo. an. vbi. s. l. pen. C. d adulte. Jtē ibidē dicit Jo. an. q si pr nõ ē stipulatus dotē restitui. amittit dotē pp adulteriū filie. secus si est stipulatus. q: post mortē viri habebit dotē. nõ tñ añ. q: nõ d3 pūniri: neq3 lucrari ex pctō alterius. Uir q ppria auctē expulit vxore3. pp adulteriū ñ notoriū. soluit mutuū qd accepit vxor p alimētis añ sniā: q: nõ notorium nõ priuat ipso iure. s3 reqriť snia. ff. de dona. l. post ɔtctū. Et qñ dr q mulieri obstat exceptio. itelligiť q° ad futura. sed nõ q° ad alimēta añ snia3. l. istituta. ff. d ioffi. testa. Maritus iterficiēs vxorē reptā i adulterio. pdit dotē. quā debebat lucrari. pp adulteriū h3 Bar. i gl. l. si ab hostib°. ff. solu. ma. q: nõ licebat sibi iterficere. secus si liceret ex statuto. vel ɔsuetudine. l. qd g. ℣. si heres. d le. i. nec obstat. l. si qs i graui. ℣. si tñ ad sil. q: ignoscať ei ad minorē penā. nõ vt i totū releueť: vt. l. i. de sic. Uide aliqd. ℣. adulteriū. ℣. p.

10 ¶ Qui sciēter ɔ pcepta legū. vel ɔstitutiōes pricipū. nuptias ɔtrahūt. qcqd alteri datū ē. d3 ab eo auferri: ⁊ dari fisco. C. de icest. nup. q ɔ. ff. de dona. iter vi. ⁊ vxo. cū hic status. ℣. fi. ⁊ isti. d nup. ⁊ si aduersus. Pa. vo in glo. i. c. ⁊ si nec. de do. iter. ⁊ ē. ɔcludēdo mā3 sic ait. Aut sunt ɔtcta spōsalia tñ de futuro: ⁊ nõ h3 locū illa pena: qdā ēt dicūt. q non h3 ēt locū qñ matri᷑ ē ɔtctū de pñti. nõ ɔsumatū. sed Bar. t3 ɔtrū i. l. adminiculo. ff. de ɔdi. sine cā. Aut ē ɔtctū ⁊ ɔsumatū: ⁊ tūc si sciēter ɔtxerūt. h3 locū pena. nisi superior ex offō suo velit puidere p bono pacis: ⁊ vt fa cilius dissoluať tale matri᷑. Aut ɔtxerūt ignorāter: ⁊ tūc error iuris excusat. vt dicit Pa. i. d. c. ⁊ si nec°. vbi etiā tenet q illa pena habet locū in cōtrahentibus in gradibus prohibitis lege canonica.

11 ¶ Utr̄ dos reddeat i distīcte ad mulierē. soluto matri°. ℞. h3 Pa. i. c. vlti°. de dona. iter. ⁊ ē. in. ℣. sane. 4° nõ. q nõ. s3 tex. i. d. ℣. sane. verificať qñ ipa mulier donauit dotē de ppria sba. vñ sciēdū h3. e. ibi q aut extrane° ɔstituit dotē mulieri. aut mulier sibipi. aut pr p filia: ⁊ extraneū appello quēl3 q nõ h3 mulierē i sua ptāte. vt dicit tex. in. l. vnica. ℣. accedit. C. de rei vxo. ac. p casu qñ extrane° ɔstuit. aut ē stipulat° dotē sibi reddi soluto matri°. ⁊ reuertiť dos. si ad mulierē s3 ad illū extraneū. aut nõ fuit stipulat° vt sibi redderet: ⁊ videť tūc donari ipi mulieri: ⁊ sic reddit ad ipa3 mulierē: vt ē tex nõ i. d. ℣. accedit. 2° casu qñ ipamet mulier ɔstituit sibi dotē tūc dos ad eā reuertiť ⁊ fingiť stipulata dotē sibi reddi. d. l. vnica. 3° casu qñ pr ɔstituit p filia aut fuit stipulat° dotē sibi reddi ⁊ reddit ad prē3. aut simplr ⁊ tūc si pr emācipat filiā. efficiť filie. si āt pr° moriť mulier: cōpetet actio pñi. l. 2. ff. so. ma. ⁊ i. d. l. vnica. Et dicē hic Ūn. q dos h° casu reddit ad prē3: qñ filia pdecessit ēt si extēt liberi ex ipa filia. p. l. dos a pre. C. so. ma. hoc idē t3 Bar. i. l. post dotē. so. ma. ⁊ coiter cano/

nisi ꝯ̃suetudo quidã teneãt cõtrariũ: ⁊ hic deficit illa regula: p° ẽ hiiop: de q̃ i aut. in successiõe. C. de suis: ⁊ legi. Nõ ꝙ mortua muliere itestata deficiẽtibus liberis ⁊ ꝓpinqs vir succedit vxori: ⁊ lucraẜ dotez ⁊ eẜ. C. vñ vir. ⁊ vxor. l. p°. Jn aliis aũt casib⁹. dos ad mulierẽ: ⁊ dona° pp nuptias reddit ad vir. nisi secus obtineat de ꝯsuetu° approbata. c. donatio. §. sane. de do. iter: ⁊ ẽ. ꝯsuetudo talis semper etiã q° ad alios casus hic numeratos seruari dꝫ: ⁊ q̃si p totã Jtaliã est cõsuetudo in multis: ⁊ ẽ. ⁊ co. tit. c. i. ⁊. 2.

14 ¶ Quid aũt si filia cõsumpsit dotẽ. vtruꝫ pr̃ teneaẜ iter eã dotare. glo. in. l. si cũ dotẽ. §. si post solutũ. ff. so. ma. dicit ꝙ sic. sꝫ bꝫ Bar. ibi dd̃m. ꝙ si filia pdit dotẽ sine dolo: ⁊ sine culpa eius. pr̃ teneẜ eã iter dotare: alias secus. p hoc est casus. C. de colla. auc. qd̃ locũ. ibi filie potest iputari: ⁊ per hoc qd̃ dicit Bar. facit ꝙ si pr̃ dat filio legitimã. pro soluẽda ꝯdẽnatione ex for° statuti. ꝙ ei iter dare: vel reĩnq̃re non tenetur: ⁊ simili si ex quacũqꝫ alia causa culpabili: vel culpa cõsumpsit legitimã suam.

15 ¶ Vir agẽs p dote. nõ oio excludiẜ ex eo ꝙ vergat ad iopiã: nec pase cogiẜ satisdare. vltra facultatez ꝓpriã: sꝫ dos sibi assignaẜ sub cautiõe. quã pstare põt ⁊ si p illã. nõ ẽ sufficiẽter ꝓuisũ ꝯsumptiõi dot̃. deponeẜ dos apud mercatorẽ: vt de honesto lucro: vir substineat onera matrimonii: ⁊ hoc si ꝯtrit cum paupe. bꝫ etiã locũ. hec oia Pa. i. c. p vr̃as. d̃ dona. iter. ⁊ vxo. ⁊ multa alia tãgit cũ suis allegatiõib⁹. vide ibi. Et fruct⁹ pignoris rõe dot̃. ñ ꝯputãẜ. c. salubriẜ. de vsu: ⁊ quõ põt fieri societas d̃ dote. Pa. i. c. p vr̃as. de dona. iter. vir. 4° nõ. nõ tñ iiusta. ibidẽ.

16 ¶ Qñ restituẽda ẽ dos. R̃. si ꝯsistit i reb⁹ imobilib⁹. dꝫ statiꝫ restitui. soluto matri°. Si vero stat i rebus mobilib⁹. dꝫ restitui. j. ãnũ. C. d̃ rei. vx. ac. l. ũica. §. cũ aũt. Jdẽ Pa. i. c. 3. de dona. iter vir. ⁊ vx. i glo. i. Jn eadẽ ẽt glo. q̃rit idẽ Pa. Quid si iteri vxor non bꝫ vñ viuat. dic ꝙ dꝫ alimẽtari ab herede mariti: vt i. d. l. vnica. Et an valeat statutũ: vt q̃diu heres distulerit restituere dotẽ. soluat certũ qd̃ p cẽtenario. vide p Jo. de ligna. i de. vnica. de vsu. vbi videẜ ꝯcludere ꝙ nõ: ⁊ credo ꝙ ãnus iste dꝫ dari vbi matrimoniũ tenuit. secus si sepaẜ pp ipedimẽtũ: qdã dicũt ꝙ isto iteriꝫ teneẜ habitare cũ heredibus. Bar. tenet ꝯtrariũ. l. diuortio. ff. so. ma. Et q̃nqꝫ matri°m sepaẜ pp aliquã cãꝫ licitã. puta pp aliqd̃ ipedimẽtuꝫ. etiã si sepatus q̃ ad thorꝫ: vel mutuã seruitutẽ: i eo casu i quo mulier nõ venit. dote priuãda: vt puta si pp nimiã seuitiã viri sepaẜ matri°m: vel q2 vxor ẽ ad fidẽ ꝯuersa: vel sili. i oi tali casu dos ẽ restituẽda ⁊ dꝫ itegre restitui: ⁊ nihil de iure dꝫ maritus lucrifacere. pp expẽsas factas. nã ius solũmõ concedit sibi fructus dotis ad onera matrimonii supportanda: vt i. c. salubriter. de vsu: ⁊ l. vnica. C. de rei vx. ac. secus de expensis factis i rebus dotis: hec Pa. vbi. s. c. p. Jtẽ ibidẽ in glo. 2° nõ idẽ Pa. ꝙ qñ matri°m nõ est verũ sꝫ putatiuũ. puta ꝓpter aliqd̃ ipedimẽtũ: ⁊ sepaẜ. tũc d̃bet tota dos restitui vt dicit ibi tex. qñ nõ est verꝫ matri°m: ⁊ soluiẜ: tũc ꝓpter reliquias prioris matrimonii deferẜ marito vt nõ ꝯueniaẜ nisi q̃tũ põt: ⁊ sic intelligũtur iura ibi p glo. alle. ⁊ debet haberi respect⁹ ad tps ꝯdẽnatiõis: vt. s. q̃tũ põt: ⁊ ẽ. l. maritũ: ⁊ l. rei iudicate. ff. so. ma. Et sitr intelligiẜ si tẽpore matrimonii sepati sunt imobiles vt. s. statim restituaẜ: ⁊ nõ a tẽpore qñ fuit data dos. Jstud tamen priuilegiũ nõ transit ad heredes mariti extraneos sm̃ Jo. an. quẽ approbat Pa. ibidẽ: ⁊ itelligiẜ de marito qui non fuit in dolo.

¶ Ad quẽ ptinet periculũ rei dotalis. R̃. Res date: vel sunt extimate: ⁊ sic periculũ pertinet ad virũ. similiter lucrũ dãnũ ⁊ fructus: q2 extimatio vẽditionẽ facit. ff. de iur. do. l. plerũqꝫ: ⁊ l. res i dotẽ. si vero nõ sunt extimate. pertinent ad vxorẽ. fructus tamen sunt mariti propter onera. 17

¶ Queriẜ de priuilegiis dotis. Ad qd̃. R̃. ꝙ sunt multa. P°m sm̃ Pa. in glo. 3°. i. c. ex litis. de pig. est ꝙ prefertur prioribus habẽtibus actionem personalẽ: vel ypothecã tacitã. i. beneficio legis inductã: anterioribus aũt habẽtibus expressam. nõ preferẜ: ⁊ hec fuit opinio Bal. quã etiã sequiẜ Accur. in. l. assiduis. C. q po. i pig. ha. ⁊ Dy. i. §. actiõuꝫ. Jnsti. d̃ acti. ⁊ gl. i. d. c. ex litis: ⁊ Jnno. Cõtrariã opinionẽ tenẽt aliq in. d. l. assiduis. quos seqtur Cy. Bar. aũt dic̃ ꝙ cõsuetudo ẽ p opi. gl. ⁊ malũ eẽt sentẽtiare ꝯtrariũ. ar. l. minime. ff. de legi. Cõtra opi. glo. multum facit. d. l. assiduis. q̃ loqtur idistincte pferẽdo mulierẽ. oibus creditoribus anterioribus habẽtibus ypotecã. ergo debet itelligi generaliẜ. siue habeãt expssam. siue tacitã: q2 q totũ dicit nihil excludit. 19. di. si romanorꝫ. Pa. vero ibidem post multa cõcludit. ꝙ si extat de cõsuetudine. debet seruari: nã cõsuetudo interpretatur legẽ dubiã. l. si de iterpretatiõe. ff. de legi. ⁊ in. c. dilectus. de ꝯsue. cessante vero ꝯsuetudine debemus fauere mulieri: q2 i facto dubio. potior ẽ cã dot̃. i. c. si. de re. iudi. hec intelligenda sunt nisi prior sit codez iure. C. qui potior in pig. ha. 18

¶ Vtrũ idẽ priuilegiũ sit quo ad donationẽ ꝓpter nuptias. ad qd̃. R̃. idẽ Pa. in eadẽ glo. post. Jnno. ꝙ aut mulier dꝫ lucrari donationem pp nuptias: ⁊ eo respectu agit p donatiõe: ⁊ tunc lꝫ bona mariti sint tacite sibi ypotecata p illa donatiõe: vt ẽ tex. i. d. l. pali. nõ tñ bꝫ vxor priuilegiũ vt pferaẜ anterioribus creditori⁹: q2 h° nõ ẽ iure cautũ: nec dona° pp nuptias ẽ ita fauorabilis. sic̃ dos. q̃ est q̃si patrimoniũ mulieris. l. 3. ff. de mino. ⁊ si remaneret idotata fieret piudi°m rei publice. p ea q̃ nõ. l. i. ff. so. ma. q̃ rõ cessat i donatiõe. Aut mulier agit ad donationẽ. nõ vt eã lucreẜ. sꝫ tãqꝫ sibi specialr̃ obligatã p dote: ⁊ tũc bꝫ priuilegiũ dot̃: q2 h° casu agit potius p dote. De parafrenalib⁹ autẽ. i. de bonis q̃ mulier bꝫ pter dotẽ: q̃ dr̃ a para qd̃ ẽ iuxta: ⁊ frena qd̃ ẽ dos: q̃si 19

dicta dotē:nā sepe mulier hȝ aliq̄ bona vltra dotē: vt̄ bona mariti sint obligata vxori ꝓ illis.glo.pē. vbi.ō.repit̄ varia. Nā aliq libri hn̄t q̄ non:aliq q̄ sic:⁊ vtraq̄ lr̄a pōt eē vera:ꝑ distinctionē. Aut.n. maritus hȝ administrationē illoꝝ bonoꝝ:⁊ sunt tacite obligata:vt.d.l.fi. Aut vxor retinet illa bōa penes se:⁊ cessat illa obliga°.j.ꝟ.parafrenalia ꝑ totū.

20 ¶ Secūdū puilegiū ē.q̄ oia bona mariti sunt ypothecata ꝓ dote.c.ex lr̄is.de pig. 3ᵐ puilegiū q̄ nō ꝑdit̄ pp malef̄ciū viri:nec ēt p̄fis:vt nō glo.i.d.c.ex lr̄is. ēt si comisit crimen lese maiestatꝫ.C.ad.l.iul.maie. q̄sq̄s. Excipit Pa.i.d.c.ex lr̄is:i vxore pāmipilarij. 4ᵐ hȝ Pa.in.c.de ꝓuidētia:⁊.c.ꝑ vras.de dona.inter vir.⁊ vxo.q̄ ecc̄ia pōt se īpedire ꝯ dote.nō solū ī fauorē viduaꝝ:vt i.c.nup.de do.īter:⁊c̄. ſȝ ēt i fauorē mariti.petētis sibi dotē ꝓmissaȝ:⁊ hᵒ hȝ Inno. i.c.lator.q̄ fi.sic leg. Quidā tn̄ dn̄t ꝯ̄triū nisi accessorie. 5ᵐ q̄ marito vergēte ad iopiā dȝ cautio dari: vt.ō.§.16. 6ᵐ ē q̄ fūd⁹ doꝫ.ñ pōt aliēari:vt.ō.§.11. ⁊ pōt aliq̄d acciꝑe hȝ Pa.i.c.pⁿudētia.ꝯ dōa.iter: ⁊c̄.⁊ quō i societate.d.§.16.Ui.ō.ꝟ.dōa°.4.ꝑ totū.

Dubitatio hȝ.s.T.3. di.17.ar.vlt°. dupl̄r dr̄. p̄.n.⁊ p̄ricipalr̄. signat motū rōis.ō.vtraq̄ parte ꝯ̄ditiōis: cū formidie determinādi alteꝛ:⁊ sic ꝓp̄e sumit̄ dubitatio : ⁊ ex hoc trāslatuȝ est hoc nomē ad significādū formidinē affectus:in agrediēdo:vel sustinēdo aliq̄d terribile. P° āt mō dicta dubita° ꝯ̄tingit ex defectu mediū sufficiētis ad veritatē inueniēdā:⁊ iō ꝯ̄tingit ex defectu scie: ⁊ pp hoc i xp̄o nō fuit:2° aūt mō dicta ꝯ̄tigit ex ifirmitate ei⁹.q̄ lesiuū iminēs.euadēdi facultatē.nō videt: ⁊ q̄ xp̄s sustinebat ifirmitatē i carne:⁊ lesiuū mortis iminēs:sensualitas trepidabat.iō erat talis dubitatio i xp̄o q̄ᵐ ad sensualitatē. q̄uis eēt sūma securitas.q̄ᵐ ad rōeȝ.q̄ auxiliū diuinū iminere videbat:q̄d sensualitas aphendere nō poterat.Uñ maḡr sniaꝝ in.d.di.recitat Ambro°ᵐ dicētē.ꝯ eo vtiq̄ qui dicat trāsfer.dubitat hoīs affectu:⁊c̄.Uñ sciēdū pro maiori declaratiōe pmi mod:q̄ ista.s.suspicio.dubitatio.opi°.credulitas.⁊ scia.siue itellegere.se hn̄t ad seiuicē hȝ maiorē ⁊ minorē adhesionē rōis. Nā suspicio iportat hȝ.s.T.2ᵉ.q.60.ar.3.opinionē mali.q̄ñ ex leuib⁹ idicijs ꝓcedit. Suspicio igit̄ ē.cū itdlectus ex leuib⁹ ꝯiecturis:⁊ multū debilib⁹ mouetur ad vnā partē.q̄ aliq̄ñ dr̄ scrupulus:vel pusilanimitas spiritus:que est repelēda vt dr̄.6.q.1.oīs.in fi.de quo infra.ꝟ.opinio. Dubitatio vero proprie dicta: est vt dictū est in principio quādo nō determinat se ad vnam partē ꝯ̄tradictionis. sed stat indifferens. vnde Isido.in lib.ethi.dubiū est motus :suple rōis: in vtrāq̄ partē indifferēs.ꝯ̄tradictiōis:vel est equalitas rōnuȝ ꝯ̄trariaꝝ. Opinio vero hm̄.s.Tho.e. lib.q.1.ar̄.4.est assensus itellectus alicui rei. non q̄ sufficienter moueatur ab obiecto ꝓprio: ſȝ declinat magis in vnā partē q̄ȝ in aliā cū formidine alteri⁹ partis.Credere vero est.quādo vt dictū est nō mouet̄ sufficiēter ab obiecto: sed ex electiōe volūtaria : declinat in vnā partē sine formidine. Scire aūt:est q̄ñ ex obiecto itellectus certitudinaliter declinat ad vnā partē:cū visiōe itellectus. Intellige de omnibus istis proprie q: alias vnū ꝓ alio accipitur.

¶ Utrū dubia. sint in meliorē parteȝ interpretāda. 1 R̄.hm̄.s.Tho.2ᵉ.q.60.arᵒ.4.q̄ sic: vt dicit glo.ad ro.14.super illud:qui nō manducat manducantem nō spernat:rō:q: ex hoc q̄ aliquis habet malā opinionē de aliquo absq̄ sufficienti causa : iniuriatur ei ⁊ cōtēnit:nullus aūt debet alium cōtēnere:vel nocumentū quodcūq̄ iferre.absq̄ causa rationabili cogente: ⁊ ideo vbi nō apparent de malitia alicuius manifesta indicia debemus eū bonū habere interp̄tando id q̄d dubiū in meliorē partē:⁊ melius est q̄ aliquis frequēter fallat̄.habens bonā opinionē de aliquo malo homine:q̄ȝ rarius fallat̄.habens malā opinionē de aliquo hoīe bono: q: ex hoc fit iniuria alicui nō aūt ex p̄.c.estote:de reg.iur. Et in dubijs tutior via est eligēda.c.ad audiētiā. Uñ Pa. in.c.iuuenis de spon. In dubijs vbi versat̄ periculuȝ aie.semꝑ tutior pars est eligenda: ⁊ in ipis q̄d certius est tenēdū:⁊ q̄d periculo explicari pōt.

¶ Utrum in dubijs debeamus interp̄tari : vt potius quis nō sit irregularis.R̄.hm̄ Pa.in.c.cum tu 2 fili:de testi.⁊ in.d.c.ad audientiā:q̄ aut loquimur ī foro anime :⁊ sic debemus interpretari irregulareȝ ⁊ sic de alijs penis:vbi dubitatur de aliquo delicto: vide glo.i.c.vnico:de seru.in.or.fa.similiter dicēdū in foro quasi penitētiali:vt puta quia nō agitur ad penā propriē:sed vt a ministerio abstineat : aut ab alio in quo esset pctm̄:sicut in cōtractu matrimonij: facit.c.significasti:de homi.⁊.d.c.iuuenis:⁊.c.illud: de cleri. exc. mi. Aut loquimur in foro cōtentioso ⁊ sic debemus interp̄tari pro nō. maxime vbi agit̄ de pena:puta q: celebrauit:vel q: collatio nō tenuit ⁊ hmōi:q: in penis mitior iterp̄tatio est faciēda: de reg.iur.odia.lib.6. Et idē dic in excōicatione ⁊ hmōi. Et sic intellige Inno.in.d.c. ad audientiā ⁊ sic loquūtur iura per eum all'.

¶ Uerba dubia sunt accipiēda hm̄ intentionē pro- 3 ferentis.ff.de re.iur.in ābiguis :⁊ vt res potius valeat q̄ȝ pereat.c.abbate:de ver.sig. i re dubia fidei: auctoritas est requirenda romane ecclesie.11.di.palam. In rebus ambiguis absolutū nō debet eē iudicium.33.di.c.habuisse: imo quādo dubiū est in persona:in facto:vel in iure:nullo mō sententia est ferēda.30.q.5.iudicante. Nec dicat̄ iteratū q̄d dubitatur esse factum:de p̄ces.nō bap.c.veniens. Et dubio existente in iure:matrimonij : tutius est cōtra statuta hominū dimittere copulatos q̄ȝ disiungere cōiūctos.ꝯ statuta dei.c.lȝ.ex quadā:de testi.

d Duellū est sm̄ Ray. singularis pugna pro ꝓ/ bationē veritatis facta videlicet vt qui vicerit probasse intelligat: et si nō vicerit defecisse i probatione putet. Et dicit duellū q̄si duoꝝ bellū. dr̄ etiā monomachia .i. singularis pugna. 2. q. 5. Dicit etiā vulgo in quibusdā partibus iudiciū: eo q̄ ibi iudicium dei expectatur.

1 ¶ Utrū sit licitū facere duellū. R. sm̄ s. Tho. 2a 2e. q. 95. arti. 8. q̄ non. Et probat sm̄ eū: q̄ ordinat ad iudicandū occulta. q̄ diuino iudicio reseruatur: tū etiā q̄ hmōi iudiciū nō est auctoritate diuina sancitū. ar. 2. q. 5. c. monachia: et c. cōsuluisti: et eadē est ratio h3. c. sicut ferri cādētis: et aque feruētis. nisi q̄ plus accedit ad cōem rōem sortis. īquātū nō expectatur ibi miraculosus effectus: nisi forte quando pugiles sunt valde impares: virtute: vel arte. Est etiaz ꝯ preceptū. Nō tentabis dn̄m deum tuū: de vtero. 6. et Mat. 4. Itē expresse prohibet legibus ciuilibus. C. de gladi. l. vnica. lib. xi. Et est mortale nō solum in offerente. sed etiā in acceptante: cū dātibus auxiliū. cōsiliū. et fauorē. ex officio. et valentibus prohibere: et nō prohibētib9: ro. i. digni sunt morte q̄ ꝯsentiūt. Et nō excusant ex cōsuetudine: vel metu acceptantes. Nec obstat q̄ Dauid cū Golia. certauit. q̄ fuit ex instinctu. s. s. sicut et Sansom: et dicit glo. in. d. c. Monomachia: et. 23. q. 5. si non licet.

2 ¶ De pena clerici in duello pugnātis. dicit q̄ debet deponi: et ē irregularis: tñ eps potest dispēsare dūmō mors: vel mēbroꝝ diminutio. nō interuenerit. c. i. de cleri. pug. in duel. nec solū efficit irregularis: si ipse pugnat. s3 etiā si aliū pro se pugnare facit: vt in. c. 2. e. tit. et quicūq3 hoc mādat. cōsulit vel defendit: si mō homicidiū sequat. vel mutilatio. vt i. d. c. 2o. dispēsat tñ eps cū clerico i bñficio. et ꝯ nouo habēdo. solū ꝑ subītētatiōe. d. c. 2o. dūmō nō habeat curā aiaꝝ.

3 ¶ Sed nūqd ille qui cogitur a iudice: tali mō. q̄ suspendet: q̄ habet eū pro ꝯuicto. nisi duellū suscipiat possit suscipere cū sit inocēs. R. q̄ diuersa fuit opi9: vt nō. in. c. ꝑ. e. tit. d. ar. f. 3a. tit. 4. in fi. post Ray. recitat multas opiniones. Quidā. n. dicūt indistincte q̄ cōsuetudo excusat. s3 ista Ray. reprobat. q̄ hoc ē cōtra diuinū preceptū. cōtra qd̄ nulla valet cōsuetudo. di. 8. c. q̄ cōtra. Alij distingūt v3 q̄ aut offertur aut oblatū sponte suscipit. aut inuictus. iudice indicente: et i ꝑ et 2o. peccat mortaliter: sed nō in. 3o. casu vbi indicat sibi a iudice: et si nō suscipit. oportet eū perdere vitā. vel res suas: et hanc videtur sequi Angelica hic. Quidā tñ iterū distingūt. q̄ .s. vbi est periculum vite: puta inocēter accusatus: de crimine. si nō vult se purgare. per hunc modū sibi indictū. tā q̄3 conuictus occidit: dicūt tūc eē licitū. q̄ facit ad defensionē suā secus eēt pro rebus tēporalibus. Et hāc opinionē videt tenere Nico. de ly. i. R. 16. vbi agit de duello Dauid cū Golia. sed glo. Ray. dicit in isto casu esse licitū: cū res suas liceat armis defendere et raptorē occidere si nō pōt aliter defendere: dicit tñ. d. glo. q̄ nō liceret sacerdoti. Sed. d. ar. f. arguit ꝯ eūꝫ q̄ si est licitū laico: propter ꝓpriā defensionē: etiam erit licitū clerico. Un̄ idē ar. f. dicit q̄ tutior est via Ray. qui post alia. cōcludit sine exceptione: q̄ nulla cōsuetudo excusat. Et q̄ oēs idistincte peccāt mortaliter. s. tā offerētes q̄3 suscipientes: siue sponte siue coacte. Et iudices qui deferūt et qui prestāt auctoritatē et accessores et dantes ꝯsiliū: etc. ex officio et sacerdotes qui dant hmōi benedictiones: vel afferunt reliquias ad iurandū: et fiūt irregulares si occidit: minus tñ grauiter inuictus q̄3 spōtaneus: etc. Idem tenēt Goff. et Hosti. et Jo. in summa ꝯfessoꝝ. Et idē videt sentire. s. Tho. vbi. s. qui dicit idistincte q̄ idē iudiciū: duelloꝝ: et ferri cādētis: etc. Angelica etiaz dicit q̄ quādo ois sine ipsis erant pugnaturi: clerici nō erūt irregulares: qui portauerūt reliquias etiaz si aliquis occidat. Sed supp9 arguit ꝯ eū: q̄ nō pōt negari quin aliquo mō sint cooperatores: et cū duellū sit iniustū merito icurrūt irregularitatē. Unde et Guil. dicit. q̄ nō est securū dicere ꝯtrā. Sed quid si talia fiāt per yconomos vel ꝓpositos seculares. ad ministratores ꝑlatoꝝ. sine speciali mādato ꝑlati: et quidē peccant mortaliter tolerando: non tamen videtur q̄ sint irregulares q̄uis coiter percipiant q̄ faciant iustitiā. Unde. v. irregularitas. 3. §. 20. et 21.

¶ Sed q̄rit vtrū ꝓhibetur sepultura morietes i duello: et videt q̄ sic: q̄ ē eadē rō ꝯ duello et torneamētis: rō. n. q̄ alt. i. c. i. de torne. est q̄ mortes. multociēs et pericula aiaꝝ sequūtur: s3 eodē mō sequūtur in duello sicut itorneamētis. igit videt q̄ debeāt puniri eadem pena: s3 morietes i torneamētis nō debēt sepeliri in loco sacro. vt. i. c. ꝑ. e. ti. facit qd̄ dicit Ric. 3o. di. 57. vt recitat Rosella. v. sepultura. 4. pri9. q̄ morietes i astiludio. non debēt sepeliri i loco sacro: ꝓpter idētitatē rōis. ergo et hic a sili. s. in duello. Sed ꝯ q̄ sm̄ Pa. i. c. 2o. de torne. ista ē pena: et d3 restringi i proprijs terminis: ꝯ pen. di. i. §. pen. sed duellū est aliud a torneamēto vt patet. q̄ in alio tit. etc. facit quod nō idem Pa. in. c. 2o. de fur. vbi dicit in vltimo notabili. q̄ quātūcūq3 facinorosi in vita. in morte cōtriti nō sunt denegāda sacra: ad hr̄ de pen. d. 7. c. si quis nisi in casibus a iure expssis. Nā eccl'a nō dat dit gremium redeunti: de here. c. super. eo. lib. 6. Et hec faciūt ad. q. Nūquid isti qui ꝓpter facinora sua suspenduntur in patibulo. vel aliter morte violenta afficiūtur: sint i cimiterio eccl'astico sepeliēdi: et alia sacra sint eis ꝯcedēda: dicūt doc. q̄ sic: si eos pēitet de peccatis: vt ē tex. 13. q. 2. c. si. nec valet ꝯsuetudo in cōtrariū: in dc. si. de pe. et re. glo. in. d. c. si. limitat dūmodo fiat auctoritate principis. ff. de cadaue. l. 2. intellige hoc vltimū. s. de auctoritate principis quādo specialiter prohibetur sepultura. quādo ergo penitent et non est prohibitum specialiter: et maxime si confiteantur. debēt sepeliri in loco sacro: nec valet 4

q in simili phibeat: et per hoc p3 responsio ad 3tra: q hic in tali pena nõ valet ar a sim. vt dictũ est: et sic de facto fuit determinatũ Clerobe: vbi qdã mortuus i astiludio fuit sepultus i loco sacro: mouebãt q ista pena nõ debet stringere nisi illos q expsse nominãtur in iure ad istar irregularitatis. de quo i.c. is q. d sen. exc. lib. 6. vbi dr q nullus incurrit irregularitatẽ nisi specialr exprimat: facit et qd dic Pa. i. d. c. 2. de fur. vbi dr: furib et latronib i pctõ obeũtib sacra ecclesiastica denegãda sunt. secus si in morte eos penituit: vbi nõ Pa. q iterẽtus i aliquo facinore psumit decessisse i illo pctõ: et ex hoc: et ex tex. nõ q in extremo vite nõ psumit 3trictio. ex quo manifeste p3 de crimine pcedẽti. o3 ergo: q p aliq signa exteriora 3stet de 3trictiõe. Jtẽ facit qd nõ Pa. i. c. s. de loca. et cõdu. vltima col. vbi post Jo. an. dicit: q quãuis dispositio statuti possit extẽdi pp idẽtitatẽ rõis. nõ tñ d3 extẽdi pena 3stitutiõis: et sic contrafaciẽs inoluitur pctõ: s3 nõ pena: et facit de pen. di. i. §. penul. vbi tex. dicit q pena nõ debet excedere casu3 propriũ. hec Pa. Et qbus oibus p3 q morientes in duello si appareãt signa penitẽtie. debẽt sepeliri in loco sacro. q aũt ista pena. s. negatio sepulture q dat morẽtibus i torneamẽtis nõ debeat extẽdi ad pugnãtes in duello: vel astiludio: multũ facit: q doc. et summiste tractãtes de penis pugnãtiũ i duello. nõ ponũt istã penã: vt p3 in Pa. i tit. de de. pug. i duel. et aliis doc. canoni. et d. ar. s. 3. tit. 4. i fi. et in sũma 3fessor et i summa Pis. i. v. duellũ: et i Angelica. e. v. sic ergo posuerũt istos duos. v3 q morientes in peccato mortali notorie et morẽtes i torneamẽtis: et quosdã alios. vt3. v. sepultura. §. 14. ita et posuissent istum. si credidissent: et c. de carrẽtibus ad brauiũ. certũ est q deficiat rõ. c. i. de torne. q nõ sepe moriũtur ibi. Cõcludẽ igit q morẽs notorie i pctõ mortali in quecũq3 ludo nõ sepelit in loco sacro. 2 q moriẽs in torneamẽtis qui illuc accessit vt ibi luderet et mort ibi vel ibi vulnerat uulnere mortali qd notarie ẽ mortale siue peniteat siue nõ: caret sepultura sac: alias sec. Uide. v. argu. §. 8. et 9.

D Ulia qd sit: et quõ differt a latria: et quõ h3 diuersas spẽs. v. adorare. prin: et §. §. 6. 12. et aliis sequentibus.

D Uplicitas cordis b3. s. Tho. sup. ps. xi. col. 3. ẽ aliqd ostẽdere et aliud itẽdere. d q. v. simula.

Sura.14.de locis Ianue:de montibus venetiis et similibus.vtrum ciues a quibus ciuitas accipit .c.contra eorum voluntatem possint accipere annuum censum ab ipsa ciuitate sine vsura. puta.5.vel.6.vel minus. vbi est notandum quod iam diu disputata est inter antiquos et modernos doc.quibusdam dicentibus esse vsuram et aliis dicentibus quod non.sed licitus contractus.vbi est sciendum quod ista.q.diuersimode disputata est ab antiquis et a modernis aliter. Nam antiqui disputabant sub nomine mutui. moderni vero sub nomine emptionis: et forte causa huius fuit quia erat diuersa opinio.scilicet vtrum possint emi annui redditus siue redditus pecuniarii.non ab antiquo constituti.quibusdam dicentibus quod non vt Inno.in c.in ciuitate:de vsu.quibusdam vero quod sic. vt Pa.in c.et ro credo erat istius diuersitatis quia aliquando constituuntur isti redditus in aerem.puta.illis qui non habent istos redditus.vendunt:et respondent tamen pro.c.qui contractus est suspectus et ex consequenti dicebant istum contractum esse mutuum: et non venditionem.quando autem fundatur in redditibus veris.tunc dicitur contractus verus: et bonus:et solet nominari emptio pro indiuiso. Et quod antiqui haberent istum contractum pro mutuo patet nam.d.ar.s.i.2.parte tit.p.c.xi.post Lau.de redol.et alios doc.ibi allegatos.sic disputat.p.querendo vtrum ciuitas possit statuere vt ciues qui in necessitate subueniunt ciuitati.possint recipere.5.annuatim et quidam dicunt vt ipse recitat quod non.quia esset contra vtilitatem ciuitatis:et nutrirent vsuram. Alii melius dicentibus quod potest ratione vtilitatis ciuitatis: et ne grauet ciues. 2 querit vtrum recipientes aliquid ex isto mutuo sint vsurarii.quidam dicunt quod non.quia ciuitas dat libere id quod esset pro interesse:moti seruitio sibi impenso et commodo ex inde suscepto : vel lucro consecuto:vel ex animi nobilitate quadam:ipsi autem ciues sunt moti charitate:et necessitate.3 querit vtrum isti qui fuerunt coacti possint vendere aliis:et quidam dicunt quod possunt vendere residuum sortis:et non aliud.Alii dicunt quod possunt totum vendere.4 querit vtrum alii possint emere et disputant quod non quia primi fuerunt coacti non isti:et sic isti videntur lucrum voluntarium querere ex mutuo.Et deinde querit vtrum isti.2.possint recipere redditus:et quidam dicunt quod sic:quidam non:vnde patet quod isti omnia disputant ac si hic non sit venditio.sed mutuum.Quidam autem moderni disputant sub nomine venditionis vt Pa.in d.c.in ciuitate.vbi sic ait.extra glo.queritur de nouo et quotidiana.q.nunquid sit licitum dare alicui.c. vt ipse singulis annis in perpetuum.seu ad vitam det tibi annuum redditum certum. puta.5.Hosti.et Inno.et communiter omnes doc.sequentes.dicunt quod sic. siue annuus redditus constituatur ex redditibus alicuius fundi vel domus siue ex laboribus libere persone.vel serui.quia non potest dici quod hic sit vsura cum interueniat non interueniat mutuum.vnde licitum est isti emptori petere pretium ad libitum.sic ergo quis potest emere libere totam possessionem:vel capere possessiones in emphiteosim. vel emere annuum redditum iam constitutum ab antiquo.ita licitum est de nouo constituere et emere.nec obstat si dicatur quod tractu temporis poterat iste percipere plusquam sit pretium.quia hoc etiam contingit in emptione.Item iste emptor exponit se periculo. quia forte ille venditor efficietur inops et pro hoc non obstat.c.si.Nam ibi res erant in presenti.sed pretium dilatum.sed in.q.proposita res et pretium sunt in presenti.Item hic nulla fraus et pro hoc idem dicunt doc.in actione empta.Nam si habeo actionem contra titium ad mille non est peccatum quod ego emam pro octigentis quia hic est uera uenditio et expono me periculo cum dubius sit euentus litis. Nam posset ille debitor effici pauper uel fugere. Sed si aliquis reciperet.c.et constitueret se dacturum omni anno plusquam reciperet tunc hoc non esset licitum quia non posset proprie dici emptio annui redditus: et ex his infertur ad.q.venetiis et florentie tempore necessitatis ciues compelluntur subuenire communi et communes postea statuit libere eis lucrum.vz.5.p.c. et quandoque minus et non possunt ciues illud capitale repetere.sed bene possunt uendere illud alteri. nunquid committatur hoc casu vsura. communiter moderni hic.et in c.si.de vsu.dicunt.quod non: pro hoc dictum Inno.Nam ciuitas habet redditus.unde uidetur constituere annuum reditum ex redditibus suis.Item hic non est mutuum quia ciues compelluntur subuenire ciuitati et non possunt repetere quando uolunt.sed communis potest se exonerare ab illo debito soluendo capitale. Item commune libere constituit lucrum. facit .c.et si questiones. de symo. et.i.q.2.sicut.hec Panor.formaliter:ubi patet quod dicit esse emptionem annui redditus in istis locis ex consequenti est similis ratio:et tales redditus Ianue et alibi ubi uere habent redditus siue in terris siue gabellis. possunt licite emi et uendi.etiam si ipsi ciues non intenderent uendere quia sicut ciuitas posset ipsis inuitis dare possessionem pro insoluto ita in proposito : secus forte posset esse si ciuitas non haberet ipsos redditus quia non posset recipere nisi pro uero interesse : uel libera donatione.patet igitur qualiter ista.q. ab aliquibus disputatur sub ratione mutui et sic casus remanet ualde dubius. Ab aliquibus autem sub ratione uenditionis et isto modo casus est securus secundum opinionem communiter doc.scilicet Hosti. Inno.

Jo.an.d.Anto.ꝛ alioꝝ:ꝛ ꝙ in isto casu sit ēptio ꝛ nō mutuū sic pbaṫ. Nā in mutuo periculū ꝛ dominiū stat apud accipientē pecuniā: ꝛ mutuās potest illud reuocare. i vēditiōe aūt est totū oppositū. naꝫ emens.i.dans pecuniā retinet dominiū possessionis ꝛ subistat periculo. nec pōt reuocare. ob quā cāꝫ pōt fructus accipe sine vsura: ꝛ sic est hic i ꝓposito. Nā ipe qui emit loca dat pecuniā ꝛ retinet dominiū talis iuris ꝛ periculū. nec pōt repetere. sꝫ bene pōt vendere: igiṫ. Ex his igiṫ pꝫ solutio multaꝝ dubitationū. Nā q̄riṫ.§.vi^m^ sit tm̄ iteresse q̄tuꝫ recipiūt. 2^o^ vi^m^ cōitas libere donet vel possit donare vtrū libere vel coacte. 3^o^ vi^m^ libere vel coacte isti ciues moueanṫ ad dādas pecunias ciuitati. vel sint primi vel secūdi. q^o^ vtruꝫ faciāt sub spe lucri. vel charitate. 5^o^ vi^m^ accepe rint plus q̄ꝫ sit capitale: ꝛ oīa hmōi. q̄ habent locū i nudo mutuo: ꝛ nō i ēptionē ꝛ ven. ꝛ sic casus p̄ mō erat suspectus. 2^o^. āt mō erit securus: ꝛ ad hoc ꝙ sit securus facit q: ecclesia ꝛ ecclesiastice persone iā diu hoc sciuit ꝛ tm̄ nūq̄ expsse reprobauit sicut fecit de aliis suspectis. vtꝫ in.c.in ciuitate.ꝛ.c.ꝯsuluit: ꝛ.c.si. hoc valde corroborat q: cōis vsus ꝛ oēs psone tam religiose q̄ꝫ seculares tā obseruātes q̄ꝫ ꝯuētuales taꝫ deuote q̄ꝫ ideuote oēsq̄ꝫ idifferēter emūt ꝛ vendūt. vn̄ si eēt casus dubius ecclesia nō tolerasset. Ex his etiā pꝫ ꝙ page possint emi vt dictū est i p̄cedēti.§. ꝛ vēdi. Nā paga nō videṫ aliud eē nisi pars iuris p̄dicti. habere.n.loca ē habere ius petēdi in ꝑpetuū talē annuū reditū. habere aūt pagā. est habere ius petēdi talē reditū pro vno. vel pluribus ānis: ꝛ substat piculo illius āni. Nā si ciuitas ꝑ illo anno nihil posset dare pderet capitale: ꝛ sic pꝫ ꝙ se hꝫ sicē pars sꝫ bm̄ Pa. vbi.s̄.si totū pōt vendi etiā pars poterit vēdi. vt dictū est i p̄cedēti.§. ꝛ hoc ē qd̄ ipe Pa. vꝫ tenere loquēs de mōtibus venetiaꝝ sic inquiēs. Ille q hꝫ i pecūia.M.emit ex eis tot loca cōis q postea vendit alteri ius suū: ꝛ emolumētū oē qd̄ percipit a cōi. q̄riṫ an iste ꝯtus sit licitus ꝛ dicit ꝙ sic q: recipit redditū i pecunia iā ꝯstitutū ꝛ nō verbū iā institutū vt.s̄.iā notauimus q: si nō haberet reditus sic ret i aerē ꝛ si quis aliter posset decēter viuere cōsulerem: ꝛc̄. Uide aliquid infra.ꝟ.vsura.15.§.9.

v Sura.15.in cābiis vt̄ possit aliqd.s̄.sortem accipi.R̄. ꝙ cābia fiūt tribus modis in cōi. Primus modus dr̄ cābiū reale tm̄: ꝛ minutū ꝛ sit isto^o^. cāpsor cābiādo recipit vnū solidū ꝑ floreno ꝛ dicit Jo.de ligna.i.c.si.de vsu. ꝙ videṫ vsura. eo ꝙ videṫ vēdere pecuniā q̄ ē inēdibilis sꝫ Archi. .14.q.4.c.p̄.nō pōt igiṫ accipe nisi rōe interesse. sꝫ si hoc eēt veꝝ multi^i^ dānarētur. vn̄ dr̄ sꝫ alios ꝙ licitus est. vn̄ Bal.i.c.p̄.de plu.pe. dicit ꝙ talis ꝯtus est licitus iure gentiū ꝛ necessarius: ꝛ munitus rōe nāli: ꝛ ꝙ cāpsor pōt multiplici rōe aliqd plus accipere. tā q: pecunia etiā valet.s.nāꝛ pōdere: ꝛ nūo: ꝛ ex lege positiua: puta plus valet bono. bono^s^ q̄ꝫ alibi. tā rōe itereē operaꝝ. p̄sionū fictoꝝ. salarioꝝ. factoꝝ: expēsaꝝ. pp laboꝛe ꝛ pericula ꝛ multa alia: ꝛ hec ars ē etiā nec^a^ ad vtilitatē pegrinātiū. ad cōmutationē reꝝ. sine qua nō bene pōt vita hūana q̄ sine nūmismate nō pōt esse: ꝛ iste per cāpsores ꝓuideṫ. Nō pōt dici iste ꝯtus mutuū. q: nō speraṫ lucrū pp dilationeꝫ tēporis. nec reddiṫ idē spē. neqꝫ numero. nō pōt etiā dici ēptio. q: ēptio stat i rebus q̄ nūmismate appꝛeciātur. dr̄ aūt cōmutatio q̄ est triplex.s. cōiter. ꝑ o. trāslatiōe. 2^o^ ꝓprie. ꝑ cōmutatiōe rerū materialiū necessariaꝝ ad vsuꝫ humanū. 3^o^. ꝓprijssime ꝑ cōmutatiōe nūmismatū ꝛ sic ē in ꝓposito: ꝛ bm̄ Roselli.ꝟ.vsura.6.§.6.si.pōt etiā fieri a nō tenētibus appothecā q̄uis habeat minorē cāꝫ q̄uis aliq̄ dicāt ꝯtrā. vōt tn̄ i hmōi eē iniustitia cū danṫ monete salie iaise minute ꝛ mixte. sitr si plus q̄ꝫ sit debituꝫ recipiat. Pōt etiam eē pctm̄ si ex auaritia. Regula determinate quātitatis non pōt [illegible]ri.con.d.ar.f.2^o^. in.p̄.c.7. vbi loquiṫ de securitatibus.

¶ Sit aliud cābiuꝫ qd̄ reale p lras dr̄: ꝛ sic dup[l]r.§. f sic. Ego habeo hic Janue.c.aureos vellē ꝙ responderētur mihi Rome. cōuenio cum cāpsore vt faciat mihi lras. qbus denṫ mihi nonagintaqnq̄ solui: ꝛ reliquū lucreṫ. dr̄ bm̄ Bal. vbi.s̄.i dubio p̄cedenti. ꝙ est ꝯtus licitus ꝛ pbatur vt in dubio p̄cedenti: ꝛ iteꝝ magis ꝓpter pericula portandi pecunias. 2^o^ sit sic: ēvltramōtanus q hꝫ in patria sua.c.ducatos venetos. quos itendit portaṫ venetijs vbi plus valēt ꝛ ibi expēdere. inenit cāpsorē indigentē pecunijs i sua patria. habentē tabulā cābij pro venetijs: ꝛ tradit sibi ad sorꝫ cābij ꝑ venetijs ꝛ ibi recipit centūqnq̄ꝫ. aliq̄n plus. aliq̄n minus. Talis ꝯtus pōt eē licitus q̄n recipit nō rōe expectatiōis ꝛ maxīe si pricipaliter intēdat sibi ꝓuidere. vt illos habeat venetijs. ꝑ suis necessitatibus. Nō.n. vēdit pecunias q̄ est iuēdibilis. sꝫ tm̄ hic recipit quātū ibi numerauit. nam tm̄ valet venetijs ducatus sine d̄nario. q̄ꝫ alibi cū denario. cursus monete hoc operaṫ: ꝛ monetaꝝ diuersitas: ꝛ idustria accedit rei licite.l.si heres.ff.ad.l.fal. Si aūt traderet illas itēdēs principalr lucrū ꝓpter aliquā expectationē: eēt mutuū cū itentione principali lucri: ꝛ sic esset vsura. nisi forte vt dictū est hoc faceret diuersitas monetaꝝ. vel industria: ꝛ in istis semper cāpsor primus recipit q̄ꝫ det.

¶ Sit.3^o^.mō aliud genus cābij. qd̄ dr̄ cābiū per venetiano. sine cābiū sicci vel cābiū ad libras grossoꝝ. qd̄ multis modis fit. Nā aliq̄n sic fit. recipio florentie a cāpsore decē libras grossoꝝ q̄ nūc valēt.c.florenos: cū pacto ꝙ tenear ipi cāpsori tm̄ dare q̄tuꝫ.j.deceꝫ dies post celebratū ꝯtū valebūt libre grossoꝝ venetos. q̄ aliq̄n valent plus aliq̄n minus: vt iplurimum tm̄ plus valēt ꝛ hoc hinc ad menseꝫ receptiōis toꝝ: vel si plus volt retinere de mēse i mē cꝫ renouaṫ mō p̄dicto: ꝛ i isto cābio lucrū expectaṫ in cremēto pbabili alicuius monete. Alio^o^ sit. ego habeo.c.ducatos z

hic Janue: ⁊ trado illos Petro vt restituat mihi rome hinc ad mẽsem. vbi credit plus valere. 3° mõ habeo Janue.c.trado Petro idigẽti vt mihi respõdeat lũdres. siue bruges. hinc ad tres mẽses. alterius generis monetã. puta tot libras ad sterlinghs vbi silr credit illas plus valere. 4° mõ trado Janue certas monetas vt respõdeat Lugduni ĩstitutis. tẽpore nũdinarum hinc ad tres menses. vbi credit plus valere. vel pp cõcursũ mercatorum vel cõditionẽ pecuniarum ⁊ istis quatuor modis credit semp plus recipe qr isti quatuor modi vidẽtur reduci ad eãdẽ difficultatem iõ simul. p̃. adducã rões dicẽtiũ illos cõtrus eẽ licitos. 2° eorum q dñt eẽ illicitos. Quãtũ ad. p^m. arguit. p̃. sic qr i hoc cõtu vel est mutuũ vel cãbiũ si. p̃. mõ nõ videt vsura qr nõ plus accipit qȝ dedit ⁊ sic non supra sortẽ accipit. sed vel decẽ libras vel centũ ducatos sicẽ dedit q̃ aũt plus ualeant ẽ ex alteratiõe vel variatiõe pecuniarum. vel locorum pȝ qr aliqñ ducatus valet. l. hinc ad mẽsem valet. lii. si igit mutuarẽ tibi nũc ducatũ valentem. l. ⁊ hinc ad mẽsem restitueres mihi ducatũ silem valẽtẽ. lii. nõ videt vsura. 2° sic qr si hic iteruẽniat cõmutatio siue cãbiũ nõ videt vsura qr nõ ẽ mutuũ. i mutuo. n. obligat restituere idem eiusdẽ spẽi. sȝ hic restituit alterius generis. puta grossos pro ducatis ⁊ silr i mutuo fit solũ ad istantiam recipiẽtis hic aũt solũ ad istãtiã dãtis. puta qr vult pecunias suas i alio loco vel ad instantiã vtriusqȝ. puta qr vnus indiget Janue alius in Bruges. quãdo aũt dr mutuũ fit de meo tuũ dȝ intelligi negatiue. i. nõ est mutuũ nisi fiat de meo tuũ nã i emptiõe fit de meo tuũ ⁊ tñ nõ est mutuũ. 3° sic qr iste creditor videt in se recipe piculũ qr põt plus ⁊ minus valere. vñ locator qr retinet piculũ rei locate põt vltra sortẽ recipe. iure. n. nature ad illũ ptinet emolumentũ ad quẽ ptinet piculũ. 4° rõe dubii põt plus vendere. c. si. de vsu. sȝ hic est dubiũ plus vel minus. nec determinauit q̃ nõ minus vellet accipe. 5° qr quilibet põt recipere qd sibi volũtarie donat. c. de eulogiis: di. 18. sȝ isti sic mutuo cõueniũt volũtarie ⁊ sine deceptiõe. 6° qr effectus eius videt bonus. s. puisio ciuitatis i necessariis copia victualiũ ⁊ similiũ. 7° qr in dubiis debemus mitiorẽ partẽ accipe de re iur. c. 2°. prõptiores. n. debemus eẽ ad soluẽdo qȝ ad cõdẽnãdum ⁊ nõ debemus de dolo iudicare nisi appareat. sed hic nõ ẽ apparẽtia vsure velȝ ex dictis igit. 8° qr iste videt cõtus inoiatus. puta do vt des ⁊ accedit ad emptionẽ in qua lȝ vẽdere plus qñ partes sciunt ⁊ cõsentiũt nec adest necessitas nãlis. vident. n. vendere ducatũ p flandẽsibus. 9° qr lȝ paciści in mutuo de iterẽ. vt. õ. de. vsura. 2°. sȝ si iste nõ recipet cũ isto cõtremẽto mutuãs pateret interesse nam dat ducatos venetos venetiis qui plus valẽt vel tñ venetiis quãtũ valẽt ille pecunie q̃ restituũtur si eẽnt venetiis. 10. qr ista videt eẽ opinio Jo. cal. Lau. de ridol. ⁊ sm cõem opinionẽ i. c. i ciuitate lȝ cãpsoribus aliqd accipere. 11°. qr si qs vellet pmutare. c. ducatos ibi venetiis i monetas flãdẽsces posset. cũ igit. a fortiori si expectat. 12° qr si qs vellet habere pecunias in bruges pro mercãtia nõ eẽt dubiũ q̃ eẽt licitus. sȝ hoc qd ẽ indigere ⁊ nõ indiget nõ mutat cõtũ igit. In cõtriũ arguit q̃ nõ sit licitus cõtus. p̃. qr videt mutuũ cum expectatiõe lucri supra sortẽ ⁊ sic ẽ vsura per diffinitionẽ q̃ expectet aliqd supra sortem principalr pȝ qr nõ alr daret vt psupponit: q̃ sit mutuũ pȝ qr est in rebus quius vsus ẽ cõsumptio ⁊ sic fit de meo tuum ⁊ trãsfert dominiũ. 2° qr hoc videt tenere Goff. i summa de vsu. vbi dicit q̃ si qs mutuauit pecunias recepturus in termino alterius generis monetã. si hoc facit vt i extimatiõe lucret cẽsendus est vsurarius ⁊ hoc idẽ tenet Hosti. i sũma de vsu. §. An i aliquo. v°. q̃ si qs pecuniã. vbi dicit q̃ iste talis censendus est vsurarius sicẽ hi q de nũdinis i nũdinas mutuãt pecunias quã vsurã dicit esse execrabiliorẽ oibus aliis qȝcũcũqȝ sub spẽ pmutatiõis seu vẽditiõis fiat. 3° qr Lau. de flo. i tractatu suo de vsu dicit si qs mutuat vinũ vel granũ recepturus i alio tẽpore i quo ẽ maioris extimatiõis si verisilr ẽ q̃ debeat eẽ maioris extimatiõis eo tẽpore ⁊ nõ erat vsqȝ ad illud tẽpus seruaturus cõmittit vsurã vt i. c. nauigãti: ⁊. c. i ciuitate ergo idẽ debemus dicere i casu nro. imo multo magis cũ iste mutuauerit pecuniã recepturus i alio tẽpore alienã monetã de qua verisilr extimat q̃ debeat lucrari cum ducatus venetus nõ tñ valeat in brugis. s. grossos. lii. ergo dȝ cẽseri cõtus vsurarius. 4° qr dato etiã q̃ sit vẽditio ⁊ nõ mutuũ item ẽ vsura qr vẽdit iste plus. ms. ducatos qȝ valeãt pp dilationẽ tẽporis. s. duorum mẽsiũ solutiõis sicẽde i brugis: q̃c. Ad hec q̃tuor argumẽta stãt tenẽtes cõriũ. Ad p^m qr nõ ẽ mutuũ sȝ venditio uel cõmutatio ad hoc q̃ dr ð meo tuũ dictũ ẽ i. 2°. argumẽto adducto ad cõriã partẽ. Ad. 2^m. dr q̃ Gof. ⁊ Hosti. locũtur de vero mutuo ubi principalr itẽdũt lucrũ hic aũt principaliter intẽdunt cõmutationẽ. ita. n. determinãt ipsimet vbi allegant. s. q̃ si mutuãt uerisilr credẽtes q̃ plus ualebit ⁊ sub ista spe mutuãt est usura secus si ut seruãt: ⁊ silr ẽ dicẽdũ ad. 3^m. Ad. 4^m. dr q̃ nõ uẽdit plus pp dilationẽ tẽporis. sȝ pp cursum cambii. Ad argumẽta. p̃. facta stãt tenẽtes aliã opinionẽ. Ad. p^m. dr q̃ siue sit mutuũ siue cõmutatio ẽ usura nã si ẽ mutuũ pȝ expsse q̃ plus sperat alr. n. nõ daret ⁊ qñ dr q̃ accipit qd dederat. R. q̃ accipit cum melioramẽto sicẽ si qs mutuaret frumentũ expectãs melius nec uolebat retinere est usura. d. c. si. ⁊ q̃uis partim sit ex alteratiõe pecunie tñ expectbat meliorẽ ut i ex° dicto ⁊ eodẽ mõ diceret ð ducato si illo fine fecisset. s. ut plus accipet. Ad. 2^m. dr q̃ eẽt mutuũ ipsi cõtũ nã idẽ est ac si mutuaret talẽ pecuniã expectãs meliorẽ. d. c. cõsuluit. Ad. 3^m. dr q̃ q̃uis sit piculum ⁊ dubiũ tñ est magis verisilr de maiori ⁊ credit. alr nõ daret. s. pȝ ad. 4^m. Ad. 5^m. neget q̃ sit volũtarie

nec hoc psumit. Ad.6m. dr q nō intendit illā vtilitatē sz aliud. Ad.7m. dr q illud itelligit in foro pten tioso & qñ est occultū. Ad.8m. p3 p.p.q.1. Ad.9. dr q nisi speraret lucrari nō daret. Ad decimū dicitur q dicti doc. itelligūt sm q dictū ē.s. de cambio reali minuto. vel p lras quū illi sunt boni. Ad vndecimū di q nō iueniret cū tāto lucro. signū est q nō ē verisimile q expectaret si posset tūc habere. Ad.12m. dicitur q ibi principalr querit cōmoditatē pecunie q̄ licite pōt q̄ri hic aūt principalr lucrū. Ex his igit p3 q̄ dubia sit ista.q. tam ex diuersis doc. q̄ rōnibus. vnde oio cautū esset abstinere: si quis tñ velet in hoc pseuerare nō eēt pter hoc cōdēnādus ex quo magni doc. hoc tenēt eē licitū. Ego tñ vltra alios sic distinguerē q2 vel principalr i tali ptractu querūt aliquā rōnabilē cām vel vtilitatē honestā. puta q2 idigent illa pecunia in illo loco pro quo accipit cābium vel dans siue accipiēs ex beniuolētia vel aliqua cā iusta hoc facit & sic crederē q cū bona pscia possit vti illo cābio q̄uis accedat vtilitas illius cambij & tūc habet locū illud dictū q industria accedit rei licite.d.l.si heres.ff.ad.l.fal. Si vero principalis intētio eēt solū pter lucrū itez distinguit q2 hoc quod plus accipit: vel accipit hac rōe solū q2 expectat. puta q2 nolebat illuc ire vel ibi accipe ipe vel alius p eo: & sic est clarus casus.s. q est vsurarius.d.c. cōsuluit: & c. nauiganti. & c. in ciuitate. si aūt accepit rōe pcij variati. vel periculi. vel dubij verisilis. puta ibi recipit vbi plus valet vel est variatū pcium & sic est aliqualis rō pculi vel dubij sic etiaz crederē q posset admitti nō tñ ita clare sicut in.p. & maxime quādo volebat illud seruare ad illud tēpus vel portare ad illū locū & sic facilime possunt oēs doc. saluari & reduci ad cōcordiā. Mouētur.n. tenētes q est vsurarius vt p3 ex suis rōnibus q2 ex mutuo intēdit lucrū pter expectationē. Alij aūt q2 accipit pciū iustū. vel q2 faciūt bono fine.s. indigēte. ex quo vt mihi videt debet noiari iste ptctus p3.d.c. psuluit.

5 ¶ Fit etiā alijs tribus modis.p. quādo aliquis indiget pecunia & nō inuenit qui mutuet nisi sub isto cābio de Londres. vel simili paliato. cū nec dans nec accipiēs habeat ibi respōdentes vel saltē accipiens nihil ibi habeat agere. sed solū querit pecuniaz pro pter indigentiā. 2o etiā modo sub isto colore acapit vt remittat: & tñ nō illuc vadit nec habet respondētem vel accipientē pro se sed vt habeat tēpus ad soluendū: & tūc credo q isti modi sint vsura paliata. 3o modo de eo qui fit Rome.s. q post excessum qui fit rōe cābij. volūt etiā.5. vel.8. pro.c. & ista videtur vsura expressa. nisi forte ibi eēt tātū iteresse.

1 ¶ Ex his q̄ dicta sunt maxime ad auctoritatē Gof. & Hosti. p3 quid dicendū sit ad.q. qua q̄rit de illo q mutuat pecuniā ad certū tēpus recepturus aliā alterius generis. verisilr credēs ipaz eē plus valiturā & dr q si hoc fecit principalr pter lucrū ex mutuo sic est vsura. si aūt gratis mutuauit ex charitate principaliter pōt accipere sine vsura si etiaz fecisset pter lucrū tñ erat dubiū vtrū plus vel minus deberet valere. sic etiā nō eēt vsura sicr sm aliquos si fecisset vt vitaret dānum. puta q2 timebat ne minus valeret. Aliud.n. est vitare dānū & aliud sperare lucrū. maxime sine interesse alterius. puta alius expēdit anq̄ minus valeret sicr dr ad.q. quā Inno. & Hosti. mouēt i.c.si.s. de illo q recipit pecuniā a mercatore vendā & reddendā vltra mare. certa mercede acceptā. dr q pōt accipe etiā si recipet rōe assecurationis q2 recipit pp opas & custodias suas. nec ē sile de casu i pdicto.c.si. vide.s. vsura.p.§.9.

5 ¶ Ex his etiā p3 ad.q. quā mouet Pe. de ancha.i.c. vsurap. de vsu.li.6. & Jo.cal.i.c.si.eo.t. de eo q mutuat frumētū restituēdū alio tēpore: & breuiter. dr. q si ē dubiū q plus vel minus debeat valere maxime accipiēdo mediū pōt si vero erat certus q plus & volebat ipm retinere vsq3 ad illud tēpus pōt etiam in.d.c.si. Si vero nolebat ipm seruare & est verisile q plus valebit & maxime si aufert libertatē se liberandi in tēpore medio ē vsura codē mō itellige si erat frumētū vetus.co.n. Ray. & H.& Pis. ver. vsura.p.§.10. & 15. & ar.s.2o. tit.p.c.7. & 8. circa si. ibi. Itē si mutuat &.§.12. ibi. Sed qd cū mutuās. Ange lica.h. vsura.p.§.36. Pa.in.c.si. de vsu. circa si. eodē mō dr de vino: pecunia: & alijs similibus. Notādū tñ q si quis mutuat vetus vel alr minus bonuz vt recipiat magis bonū & tamen principaliter facit ex charitate non esset cōdēnādus.

6 ¶ Quid si emat fructus in herba vel venturos ad duos vel tres ānos. dr. h3 H. q ex forma nō ē vsurarius si fiat sine fraude cōputatis periculis & alijs cōcurrētibus. con. Pis. ver. vsura.5.§.45. ar.s.2o. tit.p.c.8. ibi quid si quis vendat circa si.

7 ¶ Quid de his q ptēdūt de aliq° q erit vel nō erit & sic ponūt decē. dr. q si pcurrat aliqd vanū. puta talis mouet añ ānū sic lucrū erit etiā vanū. si aūt pcurrat aliqd turpe. etiā lucrū erit turpe. forte dādū pauperibus ex bono psilio. si vero nullū istop pcurrat. sed fiat rōe solatij vel alterius liciti: & volūt se supponere fortune ābo2 tunc crederē q possit retinere licite nisi forte iteruenire fraus ab altera parte. puta q2 illud sciebat & ostendebat cōtrarium.

8 ¶ Quid dicemus de his q emūt tēpore magni periculi p vilissimo pcio. puta tēpore guerre. vel qñ aliquis vult aufferre illicite a quo nō pōt se defendere: & ē piculū iuisibile q pdat. sic etiā eēt i magna fortūa maris. dr. q licite pōt facere eo q periculū & dubiū ē magnū: & sic tūc nō plus valet.l. cū hereditate: & l. q si i vēditiōe.ff. de here. & ac. ven. Hosti. autē & Archi. psulunt q inde fiāt large elemosine.

9 ¶ Alteri9 q̄rit pnter ad dicta Pa.s. de locis.s. ver. vsura.14. vt fit vsura si qs emat a cōitate collegio vel singulari persona certos ānuos redditus i vita

emptoris vel ad aliud qđcũq3 tẽpus vel vsũfructu3 alicuius possessiõis .ff. bʒ Guil. ꝙ nõ. ex for' ɔ̃ctus. posset aũt eẽ illicitus ex pte vẽditoꝝ q2 vꝫ assumere mã3 ɔ̃siderãdi mortẽ ei'. aut ex pte ẽptoris q2 forte nimis paruo ꝑcio emit. pẽsatĩ circũstãtijs de verisĩli vite ei' ⁊ q̃ntitate ꝑcij. vel valoris ipi' vsusfructus: si vero qñ emiꝭ a priuata ꝑsona dicaꝭ i vita ipius vẽditoris. eẽt tũc magis daꝝ q̃ntũ ad h' ꝙ nõ daꝭ mã desiderãdi mortẽ. Inno. tñ i.c.i ciuitate: de vsu. dicit ꝙ nõ l3 de nouo positos. s3 ãtiquos: s3 h' dixit q2 ali qñ ficte. s.i aere ponũꝭ .i. ab his q nõ hñt illos redditus i aliq'. Abb. vero ⁊ alij tenẽt indifferẽter ꝙ sic: ⁊ hoc intelligo qñ cõstituũtur in aliquo fructus habẽte. con. Pis. ver. vsura.3'.§.5. supra.c.5 §.8.

x ¶ Queriꝭ qñ aliqs mutuãs pecũiã Io. ad decẽ ãnos cũ pacto ꝙ si.i. decẽniũ moriaꝭ alter eoꝝ: d̃bitor sit liber si vero supuixerint ãbo dabit aliqd vltra sortẽ ⁊ sic mõ ẽ statutũ i ciuitate ꝙ qcũq3 hñs filiã viii' anni: ⁊ dat.c. ciuitati cũ cõditiõe si vixerit illa filia vsq3 ad.15. ãnũ ipa ciuitas det. cccc. ad maritãdã eã. si aũt añ mortua fuerit ciuitas totũ lucreꝭ vꝫ sit vsura Angelica. ꝟ. vsura.ꝑ.§.42.⁊.43. ⁊ Rosel. ꝟ. vsura.ꝑ.§.40. dñt ꝙ sic nec excusat piculũ vbi rõe tẽporis aliqd plus accipiꝭ .c.si. de vsu. vñ vꝫ lucrũ ex mutuo principalr intẽtũ .c. plerinq3 .14.q.3. Silr si sic mutuasset pticulari ꝑsone esset vsura g'a fortiori q2 magis teneꝭ subuenire ciuitati. Itẽ q2 piculũ nõ excusat qñ dominiũ nõ remanet apud tradẽtẽ vt i societate. posset tñ dici ꝙ si iste ãbe partes velint se submittere fortune: ⁊ nõ sit melior ɔditio vnius q̃3 alterius. pẽsatĩ piculis ⁊ alijs q circa istũ ɔ̃ctũ occurrũt ꝙ nõ sit vsura q̃tus videaꝭ eẽ' ludus fortune ⁊ sic nõ ɔsulẽdus. Nõ obstat. p'. q2 nõ accipiꝭ aliqd rõe expectatiõis s3 solũ rõe piculi ⁊ sic ẽ solutũ. 2'. Ad. 3' negaꝭ ꝙ sit vsura i pticulari ꝑsona: ad. 4'. dꝫ ꝙ ta3 capitale q̃3 lucrũ stãt sub periculo vsq3 ad terminu3 fortune ⁊ sic non est simile de societate.

Sura.16. circa ɔ̃ctũ de retrouẽdẽdo tẽ quẽ
y possumus. 3' cõsiderare. p'. ẽ subã ɔ̃ctus q ẽ
ẽptio ⁊ vẽditio q fundaꝭ in itẽtiõe emẽdi ⁊ vẽdẽdi. nã si itẽderẽt locationẽ. vel pignus vel aliđ nõ eẽt ẽptio. c. ad nra3: de ẽp. ⁊ vẽdi. ⁊ .c. illo vos. đ pigno. ⁊ silr ꝙ nõ sit ꝑciũ min' medietate valoris. 2' ptinet ad eqtatẽ ɔ̃ctus vel iustitiã. s. ꝙ ꝑciũ sit iustũ ⁊ id qđ recipiꝭ ꝓ fructu sit equũ. 3' ptinet ad ꝑsũptionẽ q̃ntũ ad foꝝ ɔtẽtiosu3 q pñt eẽ plures ɔditiones. p' ẽ retrouẽditio. 2' modicitas ꝑcij. 3' appositio termini ad redimẽdũ. 4' remotio libertatĩ ad redimẽdũ. puta q2 nõ vult reemere añ biẽniũ vel triẽniũ ⁊ similia. 5' qñ dat vẽditori ad affictũ. 6' qñ ꝓmittiꝭ aliquid supra sortem in reemptione. 7' qñ emens est vsurarius vel assuetus ad similes ɔtractus.

z ¶ Sciẽdũ ẽ igiꝭ ꝙ iste ɔ̃ctus bʒ Pa.i.d.c. ad nram fit multis modis. ꝑ qñ ꝑciũ ẽ iustũ ⁊ solu3 apponiꝭ pactus de retrouẽdẽdo siue ad tẽpus. puta decẽniũ siue i ꝑpetuũ q' casu ɔ̃ctus nõ ꝑsumiꝭ vsurarius nec pignoratitius: ⁊ ẽptor lucraꝭ fructus donec retrouẽdaꝭ nec ɔputabit i restitutiõe fructus i sortẽ. vt ẽ tex. i.l.2.C. de pac. iter ẽp. ⁊ vẽ. ⁊ ꝙ ꝓcedat ista.l. de iure canonico apperte vult glo.i.d.c. ad nra3: ⁊ clari' Archi.i.d.c. plerinq3.14.q.3. ⁊ facit tex.d.c. ad nra3. q nõ solũ põderat pactũ de retrouẽdẽdo s3 ꝙ nõ licebat recupare qñcũq3. Itẽ ibi iteruenerat modicitas ꝑcij. Et ꝙ iste casus sit licit' t3.d.ar.s. post Ray. ⁊ ꝟꝟ. 2'. ti.ꝑ.c.8.§.8. ibi gd si qs vẽdat. 2' casus magis dubitabilis ẽ qñ iteruenit pactũ đ retrouẽdẽdo ꝓ modico ꝑcio. nũqd ex istis duob' d3 ꝑsumi feneratitius: Dy. post Ja. de are.i.l.3.C. plus valere. qđ agiꝭ. t3 ꝙ nõ ẽt si ɔcurrat. 3' ꝙ ẽptor sit vsurarius: ⁊ nitiꝭ respõdere ad istud.c. ad nra3: ⁊ ad.c. illo vos nec alr declarat. s3 glo.i.d.c. ad nra3 vꝫ velle ꝙ hec duo sufficiãt ⁊ apti' t3 in.c. ɔq̃stus: de vsu. ⁊ Archi. i.d.c. plerinq3.d. Ant.i.d.c. illo vos. hoc t3 expsse. sed hoc iure nõ ꝓbaꝭ q2 i.c. ad nra3 fuit ꝑsũptio magis vrgẽs q2 fuit appositũ pactũ de retrouẽdendo a septẽnio vsq3 ad nouẽniũ: ⁊ sic nõ licebat recupare rẽ vẽditã qñcũq3 s3 volebat iteri lucrari fructus: dictũ tñ i se vꝫ veꝝ ⁊ nõ q2 ex modicitate ꝑcij ꝑsumiꝭ q̃litas ɔ̃ctus: vt ẽ glo. nõ.l.p'.ff. de suph. ⁊ p Bar. in.l. cotẽ.§.q maxima de publica: ⁊ facit tex.i.l. cũ hi.§. modus.ff. đ trãsac. Nã nemo ꝑsumiꝭ iactare suũ.c. sup hoc de renũ. ⁊ i.l. cũ indebito.ff. de ꝓba. puto tñ ꝙ nõ sufficiat q̃l3 iniustitia. s3 d3 eẽ ꝑciũ valde tenue respectu valoris rei duplici respectu. ꝑ q2 ɔ̃hẽtes solẽt se dape i ꝑcio. 2' q2 res minus valet pp illud onus retrouẽdẽdi i vẽditõe appositũ ar.i.l. fũdi partẽ.ff. de ɔ̃hẽdis. vẽ. ⁊ max' h' ꝓcederet si ẽptor eẽt vsurarius ⁊ nõ hũc casu3 q2 quotidie accidit: ⁊ habes notabiles auctoritates. 3' casus ẽ qñ fit pactũ de retrouẽdẽdo certo termino elapso ꝓ modico ꝑcio: ⁊ talis ɔ̃ctus ꝑsumiꝭ feneratiti' ⁊ iste ẽ ꝓprie casus.c. ad nra3. nã ꝑsũptio ẽ ꝙ iteri voluerit ẽptor lucrari fructus. 4' casus qñ fuit appositũ pactũ đ retrouẽdẽdo i maiori ꝑcio ⁊ ꝙ fructus cõputarenꝭ i sortẽ ille cõtractus ꝑsumiꝭ feneratitius: ⁊ iste ẽ ꝓprie casus.c. illo vos: ⁊ oriꝭ hec ꝑsũptio ex pacto apposito ɔ nãm ɔ̃ctus. nã si erat vera vẽditio debebat ẽptor lucrari fructus. illud.n. pactũ cõgruit magis nature ɔ̃ctus pignoratitij: ⁊ illud qđ voluit vltra. p' ꝑciũ ꝑsumiꝭ extortũ cã vsure. 5' casus ẽ qñ quis petebat mutuu3 offerẽdo reꝝ suaꝝ ypothecã ⁊ alter dicit nolo mutuare. sed emere: ⁊ sic secutus fuit ɔ̃ctus emptionis. quo casu dicit Hosti. ꝙ ex hoc solo nři vsurarũ moderni cõuinciunꝭ: sed videꝭ velle Hosti. ex illis verbis ꝙ oporter ꝙ ẽptor sit vsurarius. alias aũt ego non video ꝙ illa p' reqsitio p se sufficiat. Nã sepe qs vellet recipe mutuũ ⁊ nõ reperit mutuantẽ. sed facilius reperit emptorẽ rei quã vult obligare. sed posset ꝓcedere illud dictũ qñ vẽditio fuit secuta p illa pecunia quã petebat mutuo. Nam tunc modicitas ꝑcij

cū ꝓsumpta uolūtate q̄ colligiꝭ ex prima petitiōe. ꝓsumiꝭ ꝙ ꝯctus sit uere pignoraticius qđ in dubio ꝓcederet q̄n cū hoc fuit appositū pactū de retrouēdēdo ⁊ ꝑ hec habes multa iura declarata. Modicitas igiꝭ ꝑcij nō est suffficiēs ar̄ doli. s; requirunꭓ alie circūstātie hec ſm Pa. ex quibus patet qualiter iudicandū sit in foro ꝯtētioso quō autē iudicandū sit in foro ꝯsciētie vide. §. sequentē.

2 ¶ Quātū aūt ad forū ꝯsciē q̄n ꝯcurrit uolūtas emēdi ⁊ uēdendi etiam cōdicionata. puta q: nō libēter uēdit. s; ꝓpter occurrētia citius vult uendere q̄; aliter facere: ⁊ ꝯcurrit iustū ꝑciū cū iusto ficto seu reditu: ⁊ emēs accipit in se cōditiōes emptoris. puta ꝙ stet periculo ⁊ fictu. tūc est iustus ꝯctus. etiā si accidant alie ꝓsumptiōes. puta de retrouēdendo siue tēpore determinato siue ꝑpetuo. aut ꝙ nō possit in aliquo tēpore: ⁊ ꝙ afficiat uēditori uel q̄cūq; alia ꝓsūptio. unde pōt multis modis formari ſʒ casuistas. ꝑ. q̄n poniꭓ pactū solū de retrouēdēdo. 2° cū certo tēpore: ⁊ istis duobus modis si fit intētio emēdi ⁊ uēdēdi cū iusto ꝑcio ⁊ iusto ficto est licitus ꝯctus ſm oēs. 3° fit cū pacto retrouēdendi ad terminū. puta ad decē annos ⁊ cū pacto ꝙ ante. 3. uel quinq; nō possit redimere ⁊ tūc nisi fieret illa cōditio. iusta cā. puta q: bonificauit stercorizādo: ⁊c. cēt suspectus. 4° cum ꝑdictis cōditionibus: ⁊ deinde cū pacto ut locet uēdenti sub certo affictu. iste ꝯctus si assumit cōditiones. s. intētio emēdi: uēdēdi: iustū ꝑciū: iustū: fictū ⁊ cōditiones emētis. s. ꝙ subiret periculo est licitus cōtractus. 5° fit q̄n qs uēdit possessionē nō habēti pecuniā cū pacto ꝙ si īfra biēniū nō soluerit ex tūc teneaꭓ soluere certū quid ꝓ cētenario. iste ꝯctus uideꭓ licitus ut i glo. i. c. cōq̄stus: de usu. ⁊ cōcludit ꝙ hic petiꭓ fructus tā q̄; iterēē. ꝑcipit. n. ēptor fructus quos accepisset uēditor. 6° fit q̄n uēd t sine termio ⁊ uult q̄;diu nō dederit ꝑciū recipere fructus. quidā dicit ꝙ nō pōt q: nō est in mora. s; melius videꭓ vt dictum est. ī. §. vsura. 1°. ꝙ a pri° possit ꝯstitui i mora.

Vsus ⁊ vsusfructus: vsus ſm glo. in. l. i. ff. de

V vsu. ⁊ ha. ꝙ est ius vtēdi rebus alienis salua

rez substātia ex qua diffinitiōe: glo. ibi īfert ꝙ vsus nō pōt ꝓprie ꝯsistere i rebus q̄ solo vsu consumūtur. sicut nec ꝯsistit ꝓprie vsusfru. q: eis nō cōpetit diffinitio q: cōsumēdo ⁊ vtēdo nō saluaretur rez substātia. differūt aūt q: in vsu potes solū ꝓ te accipere i vsusfru. vero potes etiā alijs cōicare: ⁊ similiter si haberet solū vsum peccoꝝ posset solum vti ad stercorizādū: in vsufru. aūt pōt vti lacte ⁊ lana. Insti. de vsu. ⁊ ha. habitatio aūt plus cōtinet q: nō solū ipse cū suis potest habitare. sed etiam potest alteri locare diuisim a se.

1 ¶ Ad quid teneꭓ vsusfru. R. ꝙ teneꭓ prestare cautionē ꝙ in rebus q̄ vsu nō cōsumūtur arbitrio boni viri ipsis vteꭓ salua reꝝ substātia. sicut quilibet bonus vir vtiꭓ ⁊ fruiꭓ re propria: ⁊. 2°. ꝙ finito vsusfr. restituet proprietario id qđ super est. In rebus vero q̄ vsu ꝯsumūtur debet ꝑstare cautionē. de his exhibendis in ea qualitate vel si vult ꝯsumere ꝙ prestabit extimationē illoꝝ bonoꝝ. c. vltimo: de pignō. in glo. ⁊. ff. de vsusfru. eaꝝ reꝝ q̄ vsu cōsumūtur. l. i. ⁊. 3. de his vero q̄ vsu nō ꝯsumūtur. sed veterascunt vt vegetes ⁊ similia. dicit Pa. in. d. c. fi. ꝙ cauebit de restituendo qđ superent finito vsufructu vt patet in. l. i. ff vsusfru. facit. l. i. ff. de vsufru. eaꝝ reruʒ. vbi ista duo ponūtur vt diuersa. s. q̄ vsu cōsumūtur ⁊ q̄ vsu diminuūtur: ⁊ ideo iura q̄ volunt vt extimatio presteꭓ loquūtur in his q̄ vsu ꝯsumūtur vt in. l. si tibi vini olei. ff. de vsufru. eaꝝ re. ergo nō debent extēdi ad ea q̄ nō ꝯsumūtur sed minuūtur q: aliter vsufructuario esset ꝑiudiciū: ⁊ facit pro hoc exemplū in re cōmodata q̄ vsu minuiꭓ vbi dānū pertinet ad dominū nō ad cōmodatariū. l. cū q. ff. cōmodati.

¶ Ut̄ vsusfructuarius nō prestās cautionē a principio ⁊ recipiēs fructus teneaꭓ eos restituere. R. ſm Pa. in. c. cū cōstet: de pigno. ꝙ doc. cōiter distinguūt cōcordādo glo. iuris ciuilis q̄ sunt ꝯrie sic. Aut bona fide recipit. puta q: non fuit exacta cautio nec maliciose distulit prestare ⁊ habet locū glo. i. l. vxori la. p°. ff. de vsusfru. lega. q̄ tenet ꝙ nō teneꭓ restituere. Aut exactus nō prestitit cautionē. vel fuit i mala fide maliciose cū sciret se obligatū: ⁊ nō prestitit: sic teneꭓ restituere tā q̄; indebite perceptos q: nō facit suos: ⁊ sic intelligenda est glo. in. l. si cuius. ff. de vsusfru. facit. l. sed ⁊ si. §. scire. ff. de peti. here. vbi errās i iure facit fruct° suos: ⁊ nō male fide possessor. 2

¶ Sed nūquid testator poterit remittere ne deꭓ cautio. R. ꝙ pōt in rebus q̄ vsu ꝯsumūtur. In alijs vero secus. rō q: dareꭓ materia delinquēdi. nec curaret vti sicut bonus vir sed in alijs cessat. cū solum teneaꭓ ad extimationē. qđ veꝝ est nisi proprietas fuisset eidē vsufructuario legata vsq; ad certū diem ⁊ vsusfructus pure q: hoc casu cautio nō est prestāda. vt in. l. si vsusfructus. §. plane. ff. vsufru. nec sufficit iuratoria q̄n vsusfructuarius est suspectus alias sic ſm Pan. in. d. c. cū cōstet. ar. in. c. per vestras: de dote. post diuor. resti. 3

¶ Utrū vsusfructuarius teneaꭓ ad expensas in re d̄ qua habet vsūfructū. R. ſm Ludo. de Ro. in nouel. ꝙ sic: ad expēsas paruas ⁊ ad collectas ⁊ ad refectionē: de collecta ꝙ teneaꭓ habes in. l. quero. ff. de vsufru. lega. l. apud iulianū. §. heres. qđ limita nisi collecta tāta esset ꝙ equiualeret perceptioni fructuū q: solū teneret dn̄s. glo. est in. l. qui concubina. §. quis ortos. ff. de leg. iij. quaʒ secūtur Dy. ⁊ Bar. in. l. his verbis. §. idem testator. ff. de le. iij. Ideʒ dic i expēsis pro refectiōe nisi cēt ei legatus vsusfructuarius generaliter omniū reꝝ q: sic teneꭓ ad oēs expensas vel renūtiare. l. hactenus. ff. de vsufru. De vsuario autē dicit idē Ludo. ꝙ aut dn̄s participat i cōmodo rei cuius mihi legatus ē vsus. puta q: domus ē ampla 4

⁊ tūc tenetur dominus eo tantū. Aut non participat. sed solus vsuarius ⁊ sic tenet ad expensas. l. si domi nus. ff. de vsuf. ⁊ habi.

5 ¶ Utrū ille qui relictus est vsufructuarius omniuz bonoꝝ teneat soluere es alienū de tēporis bonis. R. sm Hosti. ꝙ sic. secus si solū eēt relictus vsusfructus aliquaꝝ reꝝ. ff. de vsuf. lega. l. fi. Pau. de castro ꝯsi lio. 385. dicit ꝙ ꝓprietarius tenet principalr s. ad vendendum de bonis pro solutione eris alieni ⁊ sic vsufructuarius participabit in solutiōe q̄ minoreȝ vsūfructum habebit pro quo facit. l. fi. §. si autem es alienū. C. de bonis q̄ libe.

6 ¶ Utrū quādo sunt plures vsufructuarij ⁊ vnus mo rit reuertat ad proprietariū. R. ꝙ non: sed accrescit alteri. ff. de vsufru. accre. ꝑ totū. solū ergo reddit ad proprietariū qn̄ oēs deficiūt. Insti. eo. §. i.

7 ¶ Quid si vsufructus relinquat alicui donec filius pupillus ad pubertatem venerit ⁊ pupillus moriat ante pubertateȝ. R. ꝙ vsusfructus durabit vsqȝ ad etatem perfectā si vero sit relictus sub icerto tēpore puta donec talis furiosus resipuerit ⁊ anteqȝ resipi scat moriat sic durabit toto tēpore vite vsufructua rij q: possibile fuit i toto tēpore eius ꝙ i furia ꝑseue rat vt in. l. ambiguitatem. C. eo.

8 ¶ Utrū cū vsufructus vniuer gregis vel armenti est legatus si moriat teneatur vsusfructuarius reficere. R. ꝙ sic. ex agnatis gregū tenet submittere alia lo co mortuoꝝ capitū. Secus tamen si in aialibus le get usufructus q: nō tenet reficere si moriant sine sua culpa. ff. eo. l. uetus. Insti. de reꝝ diui. §. sed ⁊ si gregis. Ideȝ dic ꝙ debet in uineaꝝ mortuaꝝ ⁊ ar boꝝ locū alias ꝯstituere ⁊ colere. Naȝ quasi bonus p̄rfamilias debet uti. ut i. d. §. sȝ ⁊ si gregis.

9 ¶ Utrū usufructus legatus filio existenti in potesta te patris amittat per morte eius. R. Bar. in. l. litte ris. C. de usu. ⁊ habi. ꝙ non: q: p̄sumit factū con tēplatione patris ⁊ remanebit patri. Si uero pater ꝓmoriat sic p̄sumit ꝯtemplatione filij ⁊ nō extin guet sed erit filij aduentitiuȝ. Et potest fructuarius uēdere uel cedere cōmoditatē usufructus. sȝ Bar. sed nō ius usufructus.

v Vxor dicitur mulier postqȝ cōtraxit per uer ba de p̄senti. in fauorabilibus. uide uer. spōsalia in principio.

i ¶ Utr̄ maritus possit uerberare uxorē. R. sȝ Hosti. in. c. quēadmodū: de iur. iur. ꝙ sic ex magna cā ⁊ le ui uerberatiōe ar. in. l. proxius. ff. ad. l. acquil. de bo mi. ad audientiā. sed sine causa uel grauiter uerbe rans uir punit ad dandū ei tertiam partem dona tionis ꝓpter nuptias ut i aut. ut liceat. ma. ⁊ aui. §. si quis autē propriam. Uerbera. n. ingenuis aliena sunt glo. 7. q. i. c. sicut. Et qm̄uis lex ciuilis penam nō imponat interficiēti uxorem adulterantē. l. gracus. C. de adulte. 33. q. 2. iter hec si inuenit in actu adul terij. Lex tamen canonica: ⁊ diuina: dicit nō occi des: ⁊ iō nō lȝ. Uide aliquid uer. percutere.

2 ¶ Utr̄ uxor teneat sequi uirū suū. R. sȝ ꝙ colligo ex nō in. c. si quis necessitate. 34. q. 2. ꝙ aut trāsfert do micaliū: ⁊ sic tenet eum sequi: ⁊ hoc ueꝝ nisi pactuȝ fuisset ut nō trāsferret q: sic nō teneret nisi post pa ctum aliqua necessitas aduenerit q̄ impediret mari tū ibi manere. puta infirmitas uel capitalis inimi citia q: sic tenetur sequi: non obstante pacto ar. c. unaqueqȝ. 13. q. 2. Si uero nō trāsfert domicaliū sic non tenet eū sequi sm Hosti. Similiter nō tenet eū sequi si est uagabundus. sm glo. in. d. c. unaqueqȝ: nisi sciens euȝ uagabūdū ꝯtraxit cū eo q: sic tenet: hoc totum limito uerū quādo ex causa honesta: uel trāsfert domicaliū: uel est uagabūdus: secus si ex cā nō honesta: uel si uellet eam trahere ad peccatū uel imineret sibi periculū uite: q: sic nō teneret eū sequi: ut sentit glo. in. d. c. si quis. Similiter etiam libertus nō tenet sequi dominū uagabūdū ad p̄standum ei operas. c. de illis: de spons.

x Xpo quātum uixit uel predicauit uer. predica re. §. fi. Uide aliquid uer. Iesus.

y Ypocrisis uide. S. simulatio.

y Yronia uide uer. hironia.

y Ystrio uide uer. histrio.

ȝ Zelus uide uer. inuidia.

FINIS.

Finita cōpilatio. 14. Mai. 1512. post absolutionē prioratus nostri in conuentu Ianuensi. Finita vero reuisio ⁊ rescriptio. 1514. die. 18. Iunij: Muriani. Finita tertia visio. 1515. die. 20. Februarij in die car nis priua post qȝ i. i impssus fuit tertius quaternus. Finita quarta uisio: cum pūctuatione ⁊ eleuatione litteraꝝ ⁊ plena distinctiōe die tertia Septēbris eo dē āno Bononie quādo iam. 18. quaternus fuerat impressus. Finita impressio die. 19. Februarij. 1517. Bononie.

I ed.

Quia nūc in cōcilio latranēsi fuit prohibitū sub pena excōicationis qꝫ nullus imprimeret vel impri mi faceret aliqđ opus de nouo sine auctoritate epi: ⁊ inquisitoris ideo feci vt infrascripti se subscriberēt propria manu vt patet in exēplari.

Uissa prohibitione noue stampationis nisi de licentia dyocessani vel Uicarij. Ideo prestamus ac pcedimus licentiā stāpandi summā Magistri Joānis de Tabia ord. pdicatorꝫ sacre Theoᵉ pfessoris. Alex. de Peracinis de Bononia: Reuerēdiss.. D. Car. Bonoñ. Uicarius generalis: ⁊c.

Uissa prohibitione noue stampationis nisi de licentia dyocessani: ⁊ iquisitoris. Ideo prestamus ac pcedimus licentiā stampandi opus dectū ⁊ vtile. s. summā Reuerēdi patris fratris Joānis de Tabia ordinis predicatorꝫ sacre Theoᵉ professoris eximij.

Frater Joānes de Torsaninis alias de Bononia ord. predicatorꝫ. Reuerēdi pris fratris Hieronymi de vigleuano ordinis pdicatorꝫ sacre Theo. professoris eximij in ciuitate Bononie inquisitoris heretice prauitatis Uicarius.

Explicit Summa Tabiena cui titulus est Summa summarꝫ: de casibus cōscientie a proprio originali excerpta: ⁊ Bononie impressa in edibus Benedicti Hectoris bibliopole Bononiensi. Anno dñi .1517. 19. Idus. Februarij. Leone. x. Pont. Max. Regnante.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk lll mmm nnn ooo ppp qqq rrr Omnes sunt quaterni.

¶ Notandū .p.pro declaratione huius summe: q causa breuitatis dimisi ponere aliqua que alij posuerūt.s.Angelica:⁊ Rosella:puta: rubricas iuris ciuilis ⁊ canonici:declarationez quotationū. abreuiationes:nomina doctoꝝ qui allegant: ⁊ si q̄ sunt similia:⁊ hoc q: ista satis patēt in dicta Angelica:⁊ Rosella quos secutus sum vt in plurimū quantū ad hoc ⁊ quātū ad multa q̄ ibi bene dixerūt ⁊ ab eisdē accepi.a qb⁹ ⁊ ipsi acceperūt.veritas.n.a.s.s.est.

¶ Notandū.2°.q nō est admirandū:si aliquid aliquādo replicet :in diuersis locis: q: id fit:tuz q: aliquādo sunt parua:⁊ nō multo plus occupant ponēdo totū q̄z solū allegando:tum q: aliquādo sunt diuersoꝝ doctoꝝ:vel accipiūtur in diuersis locis eiusdē doctoris.diuersimode dicta:⁊ sic nō sūt oīo idē: tū q: aliter narrant ⁊ ad diuersos fines:sicut etiam fecit aliquādo.s.Tho.

¶ Notandū.3°.q in ista nostra summa: non allegaui Siluestrinā.eo q qn tradidi illā impressori.s. .1515.de mense Januarij nō videram illā. vnde intendo deo prestāte ⁊ vita comite:illā videre ⁊ si quid i ea inuenero qd̄ alicui dicto huius nostre cōtrariet: spero illa ad cōcordiam reducere:nec in aliquo sibi cōtradicere. Et si acciderit q in aliquo videar aliter tenere q̄z ipse sentiat:maxime propter diuersas opiniones occurrentes:vel q: in aliquibus materia est ita ambigua q nō sit incōueniēs eūdē tenere cōtraria: vt.s.Tho.multotiēs fecit. Et aliquādo doctores recitāt vtrāq; in eodē loco ⁊ nō preponūt vnā alteri. Ideo hoc iam nō discordiā voluntatis seu charitatis arguet.sed diuisionē intellectus.q̄ cū vnione charitatis pōt eē vt fuit de Paulo ⁊ Barnaba.

Notandū.4°.q ista nostra summa: diuiditur p in diuersos titulos sm ordinē alphabeti:quilibet vero titulus:in diuersa capitula secundum q ordinate inueniūtur in eadē littera. Ista autē capitula diuidunt imediate per plures paragrafos.exceptis q̄busdā capitulis q̄ nō statim diuidūtur per.§.sed aliter. vt Absolutio diuidit imediate per absolutio.p. ⁊ absolutio.2°.⁊ deinde per.§. Itam.c.beneficiū: diuidit p beneficiū .p. Beneficiū.2°.3.⁊.4.deinde p.§. Capitulū cōfessio:diuidit p cōfessio.p.delicti: ⁊ cōfessio.2°.sacramētalis:deinde per.§. Capitulū cōfirmatio:diuidit per cōfirmatio.p. in cōi:⁊ cōfirmatio.2°. sacramētū.capitulū cōsecratio:diuidit .p.per cōsecratio.p.epoꝝ Cōsecratio.2°.ecclesie.3°.altaris.4°.cimiterij.5°. vestiū.Capitulū donatio:diuidit per donatio.p.inter viuos:donatio.2°. causa mortis:donatio tertio inter virū ⁊ vxorem. Similiter capitula electio.c°.eucharistia.c°.excōicatio.c.impedimentū.c. interdictū .c.irregularitas.c.legatū.c.matrimoniū. .c.ordo.c.peccatū.c. votum.c.vsura: diuiduntur.p. per.p.2°.3°.⁊c.vt patet in summa. Quia vero accidit multotiēs q vnū ⁊ idem pertineat ad diuersos titulos vel ad diuersa capitula ⁊ i vno solo loco ponatur vel aliquādo in diuersis ⁊ nō statiz occurrat querēti vbi sit positū. Item q: aliquādo idem capitulū est prolixū. Et breuiter ad facilioē modū reperiendi materias: supposui hoc breue repertoriuz sequens in quo notaui nobiliores:vtiliores: ⁊ communiores materias.per alphabetū vt p vnū quodcūq; querat in suo capitulo vbi quantū possibile fuit.fuerūt posita ordinate.si vero nō cito occurrat: recurrat ad hoc repertorium.



F

N

P

R

FINIS.



Cum gratia & priuilegio Sanctissimi Dñi. D. nostri Leonis papę. x. ꝙ nullus sub pena excõmunicationis latę sententię audeat infra quinquenniũ eam imprimere.